



xxxv.

Q. D. B. V.

PERICULUM LEGALE

De

ACCUSATIONE  
CONTUMACIÆ,

Vulgò

Ungehorsams = Beschuldigung/

Permissu

Ampliss. Facultat. Juridicæ Lipsiensis

SUB PRAESIDIO

Viri Admodum Reverendi, Prænobilissimi, Amplissimi,  
Consultissimi atq; Excellentissimi

DN. BARTHOLOMÆI LEON-

HARDI SCHWENDENDÖRFERI, J. U. Doctoris

atq; Professoris celebratissimi, Canonici Martisburgensis gravif-  
simi, Curiaë Supremæ & Facultatis Juridicæ Af-  
fessoris spectatissimi &c.

Domini Patroni, Promotoris simul ac Præceptoris

sui omni observantiæ cultu colendi

placidæ eruditorum ventilationi

ad diem XI. Novembr. Anno M DC LXIX.

In Academia Patria

P. P.

CHRISTIANUS Seyffert / Lipsiens.

Typis JOHANNIS GEORGI.



D. B. V. L.  
PETERILIM I. EGAN

ACCUSATIONE  
CONTINENTIA

Insuper...

Anglicis Facultate Juridice Lipsiensis

Viri Abbotum Reverendi Facultatis...

DN. BARTHOLOMAEO

HARDI...

...

...

...


...

CHRISTIANUS

...







# Christo Sospitante Labores Meos.

## ANTELOGIUM.

**I**Nventa lege, inventa etiam est fraus legis. Ita vulgatum habet proverbium: aut si mavis veriverbium. Scilicet ut ex malis moribus bonæ (quod itidem vulgo jactitant) enatæ leges: ita subsecuta harum corruptio generationi fraudem ansam dedit, dedit occasionem. Nempe volunt Legifragi tales esse; nolunt contra tales videri. Penè dicere auderem, & Jurisprudentiam nostram suos habere Syncretistas. Usq; adeo specie religionis temeratur SS. Justitia. Et quorsum quæso tot Exceptiones à regula, tot Limitationes, tot Ampliationes, tot Pragmaticorum Sententiæ receptæ, Conclusiones, Opiniones Communes, Communes contra Communes, Cautelæ? Sane earum plurimæ (neq; enim loquor de omnibus) partus erant fraudulentæ legum transgressionis. Abusus erant legum non ita facile corrigendi. Unde has non minus, quàm leges genuinas observari etiamnum contingit. Et imò sunt, qui aperto, quod ajunt, Marte nullis usi stratagematibus, quod faciebant priores, cum legibus congregiuntur; parum curantes, quod venerando earum jussui nil parentes quicquam contumaces existant. Verum talismodi Contumacia ut plurimum pœnas promeritas jure luit accusata. Id quod è mox dicendis plenius opinor patebit. Neque autem de omni sermo in præsentem erit CONTUMACIA, sed de ea tantum, quæ circa Processum, ejusq; uti loquuntur, Fatalia seu Formalia committi & puniri solet. Ne autem, dum hoc effectui darem, omisso omni tractandi ordine, quò, ut ait Imperator in Nov. 31. pr. quælibet res propemodum aliâ speciosa



pro turpibus; ornatæ pro incultis; articulatae distinctæq; pro incompositis prius & confusis apparent, scæda mihi suboriretur & nominum & rerum confusio (verba sunt *l. ult. C. de leg. tut.*) ideo rem omnem sequentibus SEPTEM Capitibus inclusam dabo, scilicet, I. Caput dabit Definitionem CONTUMACIÆ ACCUSATIONIS, II. Causam Efficientem, III. Subjectum, IV. Objectum, V. Formam, VI. Finem & Effectum, & VII. denique Contraria paucis exponet. Faxit DEUS feliciter!

### CAPUT I.

#### De Definitione Contumaciæ Accusationis.

§. I.

**A**ccusatio Contumaciæ (vulgo *Eine Ungehorsam Beschuldigung*) describi potest, quod sit actus judicialis & processualis, quo ex legum permissu, alteruter litigantium, alterius vel etiam tertii non litigantis contumaciam, circa processum commissam judici legitime notam facit, poenamq; præfinitam desuper infligi decenter petit.

§. 2. ACTUM voco JUDICIALEM ac PROCESSUALEM. Idq; Generis, hac in descriptione, loco ponere malui, quam quidvis aliud. Nec enimaliter h.l. quam dixi, Contumaciæ Accusationem considero, quam quatenus in iudicio ipso actu eadem intenditur & proponitur. Nec etiam de omni Contumacia hic loci mihi sermonem esse volui, sed de ea tantum, quæ circa Processum, ejusq; Fatalia sive Formalia, quæ vocant vulgo, in foro obvia est; quæ omnia latius ex infra dicendis apparebunt.

§. 3. Reliqua verba Differentiam Specificam, Lectori Benevolo, insinuabunt. Desumpta autem hæc eadem est, partim à Causa Efficiente, partim à Subjecto, partim ab Objecto, partim à Forma, & deniq; à Fine & Effectu. De singulis aliquid seorsim, pro instituti tamen ratione, dabo in sequentibus.

### CAPUT II.

#### De Causa Efficiente.

§. I.

**C**ausam Contumaciæ Accusationis Efficientem duplicem pono, Remotam aliam; Aliam proximam sive Propinquam.

§. 2.



§. 2. Remotam, quod attinet, non verèor Juri Civili dictam Contumaciæ Accusationem adscribere. Non equidem me latet, Processum, originem primævam acceptam, referri Juri Divino, ac Naturali sive Gentium (verba sunt *Magnif. Dn. Bened. Carpzovij Pia Memoria in Proc. Jur. Tit. 1. A. 1. n. 24.*) veluti probat actus judicarius, quem ipsemet instituit DEUS post lapsum Protoplastorum in Paradiso, cum Adamum ad se, tanquam in jus vocavit, & ob transgressionem mandati accusavit, ejus exceptionem audivit, ac postea sententiam tulit condemnatoriam. Ex quo Processum per se jure niti divino ac naturali, nemo inficias ibit. Novi quod habet *Nobiliss. Strauch. Diss. 2. ad univ. jus Just. priv. aph. 3.* Cui juri origo tribuitur, eidem & Formam accepto ferendam; res enim statim atq; est, per suam formam est. It. formam rei ad ejus originem, se habere, ut causam ad effectum; Causam verò semper vel naturâ priorem esse suo effectui; per consequens perquam absurdum fore, formam recentiori, originem verò antiquiori juri adscribere. *Hunnus L. 1. var. Res. jur. civ. T. 2. q. 17.*

§. 3. Hæc tamen omnia nihil impediunt, quo minùs Essentiam Processus Juri Civili, quatenus sc. per illud multa peculiaria ei ultra jus Naturæ & Gentium adjecta, vel etiam detracta sunt, adscribamus, quoniam in adjiciendo & detrahendo Essentia Juris Civilis existat. *l. 6. ff. de J. & J.* Et hinc est, quod dicit modo laudatus *Dn. Carpzov. d. l. n. 26. & 28.* processui Jure naturali introducto primùm, postea Jus positivum Civile certum ac solennem possuisse ordinem atq; formam. *t. t. ff. & C. nec non extr. & in 6to. It. in Clem. de Judic.*

§. 4. Accedit porrò quod non infreqvens in jure nostro sit, actum aliquem Jure Gentium introductum, juri nihilominus adscribere Civili. Patet hoc ipsum (ut alia innumera taceam) ex §. 2. *J. de P. P.* ubi Patria Potestas disertè Juri Civili adscribitur, cum tamen Juris Naturæ vel Gentium eandem faciant. *l. 195. §. 2. ff. de V. S. d. §. 2. verb. talem potestatem. J. d. t. l. 3. ff. de his qui sui l. al. jur.* Patet ex *pr. J. de Nupt.* ubi Nuptiæ Juri Civili adscribuntur, cum eas ex jure Naturali vel Gentium esse evincat *pr. J. de J. N. G. & C.* & testetur experientia. Sic adoptio Juri Gentium originem debens, vid. *Strauch. Diss. 4. ad univ. jus Just. priv. aph. 14.* juri adscri-





bitur Civilia Dd. arg. l. 77. verb. mancipatio. ff. de R. J. Sic Tutela, sic Usucapio, sic Donatio, sic Testamentum, sic Actiones, Juris Civilis perhibentur. §. 1. l. de Tut. §. f. J. de Us. & Hab. junct. pr. J. de Usucap. It. pr. J. de donat. l. 35. C. eod. §. f. J. per qu. pers. cuiq. acquir. pr. J. de bon. poss. l. 2. §. 6. ff. de O. J. §. 3. J. de Act. pr. J. de perp. & temp. act. quæ omnia Juri Gentium originem suam debere palam est. vid. §. 6. J. de Attil. Tut. l. 8. ff. de Cap. dem. junct. l. 7. pr. ff. eod. Hahn. ad Wes. de Usurp. & Usucap. n. 9. §. 41. J. de rer. divis. Merillus L. 8. obs. 25. C. J. A. Tit. de O. & A. th. 17.

§. 5. Scilicet consideratur unumquodq; horum dupliciter: Absolutè, & Relatè ad Rempublicam Romanam. Illo respectu rectè Juris Naturalis vel Gentium dicitur; hoc verò intuitu Juri non Gentium sed Civili eadem adscribi verius est. vid. Hahn. d. l.

§. 6. Posito jam Processum quoad Formam esse Juris non Naturalis, nec Gentium, sed Civilis; consequens huic erit, ut eam, quam dixi, Contumaciæ Accusationem, quatenus per supra dicta, actus est processualis, adeoq; processus pars quædam, Juri Civili adscribi debere; cum quicquid juris est de toto, idem quoq; juris sit de parte, quoad partem. vid. Qvir. Cubach. c. 21. Brocard. 1. & 2.

§. 7. Proxima Causa Efficiens Contumaciæ Accusationis est ipsa facultas accusandi alterius commissam contumaciam, eaq; ex ipsa juris quam dixi dispositione promanans. Pergo ad Subjectū.

### CAPUT III.

#### De Subjecto.

##### §. I.

Subjectum contumaciæ Accusationis vel relatam est vel Correlatum.

§. 2. Relatum constituit litigantium ille, qui accusat, ad quem in genere requiritur, partim ut habeat legitimam personam stanti in judicio; partim ut citationi emissæ à parte sua satisfaciat.

§. 3. Quod itaq; prius concernit, alterius contumaciam regulariter non rectè accusant ipsimet, & absq; tutoris vel curatoris autoritate, Pupilli, Furiosi, Muti, Surdi, Minores XX. annis l. 1. & 2. C. qui leg. pers. stand. in judic. hab. Prodigii. arg. l. 3. C. de in integr. restit. l. 1. pr. ff. de Curat. fur. l. 12. §. ult. ff. de Tut. dat. Servi, l. 6. C. de judic.



*judic. facit. l. 32. ff. de R. J. Banniti; Excommunicati. c. 12. extr. de Except. c. 8. de sententia Excomm. in 6to. c. 7. extr. de Judic. Ord. Cam. P. 2. A. 9. §. 2. Monachi sive Clerici absq; permisso Abbatis, siq; utilitas Monasterii non exposcat. c. 35. Causa 16. q. 1. Cl. 3. de Procur. l. 37. §. ult. C. de Episcop. & Cler. Deportati l. 2. C. de bon. damnat. Mulieres absq; curatore autore de jure Saxonico. Const. Elect. Sax. 15. P. 2. Ord. Proc. El. Sax. Tit. 8. (nisi illustres sint, & jurisdictionem habeant, Carpz. P. 2. C. 15. D. 9. Jurispr. for.) majores Magistratus de jure Civili l. 48. ff. de judic: (hodie secus est vid. Strauch. diff. 21. aph. 11.) Illustres personæ l. 25. cum Auth. sq. C. de Procur. Filiifamiliarum, utpote quorum, quæ talium, nomine pater experitur. l. f. §. 3. C. de bon. quæ liber. l. 9. ff. de O. & A. Et similes, de quibus Dd. ad tit. ff. de O. & A. It. ad tit. de Judic. Has enim in universum omnes legitimam in judicio standi personam regulariter non habere, textus hæcenus allegati satis superq; evincunt.*

§. 4. Posterius quod attinet, nec illi quæ legitimam alias standi in judicio personam habent, Contumaciam alterius rectè accusant, nisi citationi emissæ ipsimet prius à parte sua satisfecerint, per infra Cap. V. dicenda. Hæc de Subjecto relato.

§. 5. Correlatum Contumaciæ Accusationis Subjectum constituunt h. l. Contumaces circa Processum omnes, & sive ipsimet suo vel alieno nomine litigent, sive ad instantiam litigantium citati tales existant;

§. 6. Patet hinc præter Actorem Nov. 112. c. 3. auth. quæ semel. C. quomodo & quando iud. & Reum l. 11. §. 4. ff. de interr. in iur. fac. l. 14. §. 1. ff. de Appell. eorumq; Procuratores. arg. l. 23. l. 24. C. de Procur. l. 27. in fin. l. 28. ff. eod. aliorum etiam nec litigantium, e. g. Testium contumaciam accusari posse. Cum enim Depositio testium sit munus publicum, & in tantum necessarium, ut de Jure Canonico, testimonio dicundo se subtrahens, peccatum mortale committere dicatur. c. 80. caus. XI. q. 3. adeoq; inviti etiam vel sub pœna carcerationis, Berlich. P. 1. Concl. 41. n. 32. vel pignorum capione. c. f. extr. de test. cog. l. 3. §. 9. ff. de tabb. exhib. l. 16. l. 19. C. de testib. junct. l. 9. ff. de mun. & honor. vel indictione mulctæ (eiusq; de jure communi quidem, arbitrariæ; de jure verò Electorali Saxon. decem aureorum Rhenensium, pro parte dimidia Judici, pro altera parte



parte dimidia parti producenti applicandorum, ita tamen, ut pro qualitate circumstantiarum augeri non solum hic numerus, sed etiam aggravari poena possit per *Ord. Proc. El. Sax. T. 22. pr. B. Carpzov. in proc. T. 13. A. 4. n. 95. & seqq.*) vel omnium damnorum, eiusque quod interfuit producentis eum comparuisse, & testimonium dixisse, refusione. *Rutger Ruland. Tr. de Commiss. P. 2. L. 2. c. 7. Berlich. P. 1. Concl. Pract. 41. n. 2. seq.* vel pro re nata, Tortura quandoque, per tradita à Nobilissimo *Jacobo Bornio Disp. 1. ad univ. jus judic. comm. & Sax. th. 51. lit. d.* ad testimonium dicendum cogi & possint & debeant. *l. 22. ff. de Test. d. l. 19. C. eod. junct. l. 9. ff. de mun. & hon. t. t. extr. de test. cog.* Ex dictis his & Testes Contumaciam incurrere posse apparet. Tantum de Subiecto.

## CAPUT IV.

### De Objecto.

§. 1.

**O**bjectum Contumaciae Accusationis est ipsa Contumacia, de qua aliquanto plenius agendum.

§. 2. Contumacia (vulgo der Ungehorsam!) vel à contemnendo (eò quod contumax judicem contemnat) *Cujac. ad c. 1. extr. de dilat. & Lib. 18. obs. 30. Matth. Martini in Lex. Philos. sub hoc vocabulo;* vel à con & tumeo (eò quod contumax inflatur & superbus efficiatur) *Ungebauer ad tit. extr. de dol. & contum. n. 3. C. J. A. Tit. si quis jus dic. non obt. n. 8. dicta.* Sumitur in partem vel bonam ut apud *Cic. 1. Tus. quaest. ibi: adhibuitq; liberam contumaciam à magnitudine animi inductam, non à superbia;* quod tamen rarius & improprie fit: vel & Proprie in malam, quo respectu iterum dupliciter accipitur: puta vel Generaliter & late, pro omni omnino inobedientia, obtemperare praecipienti habili nolentis. *l. 53. ff. de re jud.* (qualiter contumaces sunt e. g. Duces belli & milites contra mandata avocatoria in militia contumaciter perseverantes, de quibus eorumq; poenis *vid. Gail. L. 1. de pac. publ. c. 4. & 8. adde eundem in Tr. de Arrest. imp. c. 10. n. 1.* Item liberi immorigeri, quos patrem, Jure Patriae Potestatis, hodie in levioribus delictis ipsūmet castigare posse, sed in gravioribus judici puniendum tradere teneri, & indistinctè exhaerere posse, docet *Magnif. Dn. Philippi in Us. Pr. Inst. L. 1. Eccl. 55. & seqq. ubi n. 17.*

*Eccl.*



*Eccl. 55.* notabilia Facultatis Juridicæ Lipsiensis & Wittebergensis præjudicia in causa filii immorigeri, quem pater ipse castigare voluit, verbotenus recenset.) Vel specialiter & stricte pro Contumacia tantum Judiciali, quæq; circa Processum, ejusq; , uti loquuntur Pragmatici, Fatalia committitur. Et de hac sola in præsentî dicturus sum.

§. 3. Hinc eandem communiter describunt, quod sit inobedientia legitimè citatorum erga Judicem in prima & secunda Instantia, & tam ante quam post litem contestatam, non parendo citationi, commissa. *l. 53. pr. & §. ult. ff. de Re jud. t. t. ff. si quis jus dic. non obt. c. 1. de App. in 6to. c. 1. & t. t. extr. de dol. & cont. ibiq; Cc.* alii generalius describere malunt, quod sit inobedientia erga judicem quocunq; modo commissa.

§. 4. Hujus Canonistæ *ad d. t. extr. de dol. & contum.* vulgo tres faciunt species: PRÆSUMPTAM, FICTAM & VERAM. Hanc vocant, cum citatus respondet se citationi non obediturum, idq; postea re & non comparitione declarat. *Ungebauer ad d. t. extr. de dol. & contum. n. 4.* (alii tamen hanc evidentem & manifestam dicere malunt, sed citra necessitatem. *vid. Calvin. in Lex. jur. verb. contumacia evidens*) vel quando quis ter vel peremptoriè semel citatus, per malitiam latitat. *Stranch. diff. 24. aph. 7.* Illam appellant, quando citatio facta est ad domum & non faciem citati; ubi jus fingit talem citationem ad notitiam citati non pervenisse. Istâ deniq; dicunt, cum citatus Executori aut nihil respondet, aut respōdet quidem, se comparere velle, sed tamen non comparet, quo casu jus præsumit citatum ob impedimentum comparere non potuisse. *Ungebauer d. l.* Verùm rectè statuit *Giphanius in Tr. de divis. jur. th. 152.* in jure non nisi veræ Contumaciæ haberi rationem. Si enim (pergit *Ungebauer l. c. n. 5.*) jus fingit citationem ad domum missam, non pervenisse ad notitiam citati, quomodo ille poterit contumax dici, cum non sit inobediens? Sic etiam à contumacia excusatur citatus, quando jus præsumit, eum ob justum impedimentum comparere non potuisse. *l. 53. §. 2. ff. de Re jud.* neq; igitur ficta, neq; etiam præsumta erit contumacia.

§. 5. Committunt Contumaciam, per *supra c. 3. dicta*, & Litigantes eorumq; Procuratores, & tertius non litigans; omnes tamen

B

& sin-



et singuli, hoc quidem loco, non nisi circa Processum ejusque Fatalia, quæ ipsa cum pro diversitate articulorum, instantiarum ac negotiorum in Processu occurrentium, diversa sint, ideo diversimodè etiam Contumaciam committi patet.

§. 6. In genere committitur dicta Contumacia per inobedientiam erga Judicem, supra §. 2. h. cap. dict. text. Quamvis enim non omnis, qui non obedit, contumax sit, cum legale impedimentum eundem excusare possit. d. l. 53. §. 2. ff. de Re jud. omnis tamen contumax inobediens est. Petr. Gregor. Tholos in Synt. jur. univ. L. 48. c. 3. n. 6.

§. 7. Cæterum cum è modo dictis constet, non omnem inobedientem statim & contumacem existere, sciendum, quænam ad hoc, ut quis verè contumax sit & intelligatur, requirantur. Scilicet ut quis verè contumax intelligatur, requiritur partim, ut fuerit legitime citatus, partim ut dolose & per contemptum judicis jussui non obtemperet, partim etiam, ut ejusdem contumacia legitime accusetur.

§. 8. Primum quod attinet, palam est, citationem legitimam semper præcedere, & de hac ex actis constare debere. aliàs pro verè contumace quis haberi & declarari nequit. c. 15. extr. de accus. l. 53. §. 1. ff. de re jud. Ord. Proc. El. Sax. T. 10. §. in Fall abern. vers. iedoch wollen wir Berlich, P. 1. Concl. 17. n. 74. B. Carpz. in jur. pr. ser. P. 1. C. 2. D. 24. n. 2. & Lib. 3. Resp. El. T. 2. Resp. 22. n. 3. & T. 3. Resp. 25. n. 22. & 28. Notanter dixi Citationem legitimam. Neq; enim omnis Citatio quem contumacem reddit, sed legitima sit, necesse est; & hoc tam Conceptionis quam Insinuationis respectu.

§. 9. Prius quod attinet, requiritur, ut fiat (1) Consensu Judicis. arg. l. 4. §. 2. ff. de damn. infect. & arg. l. 68. ff. de judic. licet enim jure veteri invitum adversarium, etiam obtorto, quod ajunt collo, in judicium rapere, esset permillum. l. 5. §. 2. ff. ne quis eum qui in jus voc. vi exim. l. 4. ff. ad L. Jul. de vi priv. Wesenb. in parat. ff. de in jus voc. n. 2. ibiq; Hahn. in Observ. vid. Cujac. L. 7. obs. 17. attamen hic ipse incientiosus reum ad Prætoris tribunal trahendi mos, tanquàm rixarum materies, fomesq; contentionum, cum ipsa juris judicii; discrepancia hodie desuetudine inumbratus est, àq; fori recessit observantia. Jung. Mag. Dn. Philippi L. 4. Us. Pr. Inst. Ecl. 51. (2) Ut proinde contineat citatio nomen citantis judicis. arg. l. antepen. ff. de Judic.



Judic. Gail. L. 1. obs. 48. n. 6. & sq. quo scilicet citato de competen-  
tia citantis, item, num ordinarius sit an delegatus constare possit.  
Carpz. in Proc. T. 7. A. 2. n. 5. & sq. Non autem necesse est, ut semper  
judicis nomen Proprium vel Cognomen in eodem exprimatur,  
sed sufficit in ordinario Judice nomen dignitatis & officii, Bach. 48  
Tr. V. 1. D. 4. thes. 3. lit. 4. (3) Nomen & cognomen citandi. c. 43. c. 35.  
extr. de Rescript. puta, si unus sit, qui citatur; quod si plures fuerint ci-  
tandi, illorum omnium Gail. L. 1. obs. 49. nisi Universitatem citari  
contingat, quo casu sufficit nomen Collectivum e. g. Consules &  
Senatores &c. Myns. Cent. 5. obs. 50. n. 3. Gail. L. 1. obs. 48. n. 6. (4) No-  
men & cognomen actoris, ad cujus instantiam citatio est emissā.  
arg. c. ult. extr. de rescript. Gail. de obs. 50. Aliud obtinet in Inquisitione,  
& ubi Judex ex officio delinquentem citat, quo casu loco hujus re-  
quisiti mentionem solum facit suæ potestatis. Vultei L. 2. jurispr. Rom.  
6. 28. (5) Causa litigii, sive propter quam quis citatur l. 2. pr. ff. si  
quis in jus voc. &c. Ord. Cam. P. 3. T. 12. §. und sollen in solchen 3. Ord. Proc.  
El. Sax. T. 4. pr. vers. und damit citatus jedesmahl worzu er eigentlich  
vorgelesen sey/ wissen &c. ne scilicet reus postea dilationem ad deli-  
berandum super libello petere, ansamq; protrahendi causam ar-  
ripere possit. c. 2. extr. de dilat. Cl. 2. ut lit. pendent. Coler. P. 1. Dec. 110.  
n. 4. & P. 2. Dec. 279. Zanger. tr. de except. P. 2. c. 13. n. 8. quem in  
finem etiam ex usu fori Sax. libelli & documentorum (ex quibus ac-  
tionem moturus est actor) copia simul & unā cum citatione reo  
transmittuntur. Ad unam autem citatus causam, ad aliam respon-  
dere non tenetur. l. 2. §. 3. in fin. ff. de judic. Struv. in Synt. jurispr. civ.  
Ex. 5. th. 11. (6.) Locus judicii (contumax enim non est, qui nescit,  
quo in loco comparere debeat. B. Carpzov. in Proc. T. 7. A. 2. n. 36.)  
isq; tutus (qualis non est, in quo citatus multos habet inimicos ca-  
pitales, aut eorum amicos c. 35. extr. de off. & potest. deleg. aut in  
quo timet periculum aliquod, vel quandam injuriam e. g. incar-  
cerationem, cruciatus corporis &c. l. 3. ff. ex quib. caus. maj. Item  
ad quem per se tutum, non nisi per locum non tutum iri potest. c. 4.  
extr. ut lite non comest. vid. Zanger. d. tr. P. 2. c. 5. n. 5.) & honestus.  
Cl. pastoralis. 2. de Sent. & re jud. B. Carpzov. d. l. n. 34. & seq. In  
ordinariis tamen & notoriis judiciis sufficit, si addantur verba:  
Vor uns zu erscheinen. Gail. L. 1. obs. 52. n. 12. Et (7.) denique



Terminus legalis, qui nec in diem feriatum incidat, nec justo spatio sit angustior. Priore siquidem casu, reus exceptionem habebit Feriarum. *arg. l. 2. in f. ff. si quis in ius voc. l. 7. §. f. l. 8. C. de fer. adde Zanger. d. Tr. P. 2. c. 7. Strauch. diff. 24. aph. 11.* ubi habet, quod si in diversis locis discrepent feriæ, ex diversitate religionis aut factorum, utriusque religionis eo casu sit habenda ratio, ne dies forte feriatum cum periculo conscientiarum, aut præiudicio religionis profanetur. Posteriori autem casu, obstabit actori exceptio termini angusti, de qua late *Zanger. d. tr. P. 2. c. 6.* Justum autem, quod dixi, spatium, aliud est de Jure Civili Romano, aliud de Jure Civili moderno, sive Romano-Germanico, aliud denique de Jure Saxónico. Jure Civili Romano, in causa civili olim erat decem dierum. *l. 69. ff. de iud.* Hodie ex *Nov. 112. c. 3.* triginta dies continere jubetur. Jure Camerali spatium est arbitrarium & consideratur loci propinquitas vel longinquitas. *Gail. l. 1. obs. 53. n. 20.* Jure Saxónico sex septimanis & tribus diebus regulariter constat (*hält eine völlige Sächf. Frist in sich*) *Ord. Proc. Elect. Sax. T. 10. §. Im Fall aber, vers. Jedoch daß man. B. Carpzov. P. 1. C. 2. D. 23. & in Proc. T. 7. A. 2. n. 46. & seq.* Illud non prætereundum, computari terminum ejusmodi legalem à die citationis non emissæ, sed insinuationis. *arg. c. 12. in f. extr. de Appell. l. 1. ff. si quis caut. in iud. sist. nec computari diem termini exhibitæ citationis in terminum l. 1. §. f. ff. quand. appell. l. 6. in fin. ff. de Calumn. B. Carpz. in Proc. d. l. n. 50. & seq. It. P. 1. C. 2. D. 23. Jurispr. for. Strauch. diff. 24. aph. 3.*

§. 10. Cæterum non sufficit citationem legitime esse conceptam, sed & legitime insinuatam esse citato oportet per *supr. §. 8. h. cap. sub fin. dicta.* Scilicet insinuada est (1) Commissione seu jussu judicis. *Struv. Ex. 5. jurispr. civ. thes. 11.* Sive (quod nostri fori observantia admittit) illius, qui nomine judicis citationem expedire solet, puta Protonotarii, Secretarii, aut similium Dicasteriorum Actuarius, cum ejusmodi personæ, ut modo dictum, non suo nomine, sed vocantium judicum auspiciis citationem executioni reddere soleant. *arg. l. 29. §. ult. ff. de minor. l. fin. C. de exhib. reis.* Speciale est in Prætorio Lipsiensi, ubi in causis summaris, vel potius tumultuariis valida habetur citatio, quam inscio etiam iudice, executioni mandat apparitor dicti prætorii primarius (vulgo den



den Gerichts Frohnen vocant) secus atq; in causis, coram Senatu Patriæ amplissimo agitandis, ut qui tale quid apparitori Senatus primario sive janitori, quem vocant, (dem Thürknechte) minime licere aliquoties hactenus sum expertus. (2) Per nuncium judicialem sive juratum. *Ord. Proc. El. Sax. T. 4. pr. vers. sondern auch junct. Ord. App. tit. von Botzen.* regulater puta: quandoq; enim & ob justam causam (e. g. absentiam forte nuncii judicialis, vel distantiam loci) citatorium edictum parti impetranti tradi solet, quæ postea per alium quemcumq; (& quidem si tutiori via incedere velit, per Notarium & testes) citando insinuari facit, id quod etiam nostrorum judiciorum firmat praxis. *B. Carpz. in Proc. T. 7. A. 1. n. 52. & sq.* (3) ipsi citando, vel si plures sint, omnibus in specie. *l. 47. ff. de re jud. l. 39. ff. de Adop. l. 1. & 2. C. de consort. eiusd. lit. Ord. Proc. El. Sax. d. T. 4. in pr. Berlich. P. 1. Concl. 10. n. 44.* Exceptio est in casu, ubi plures sunt heredes, & divisio hereditaria post motam litem facta, ubi citatio non omnibus coheredibus in specie insinuari debet, sed fit in domum hereditariam; teneturq; postmodum coheres coheredi eam transmittere. *Ord. Proc. d. l. 5. Begebe sichs aber ic.* Item in citatione Edictali, ubi ipsa publica affixio in trium diversorum Dominorum territoriis, loco insinuationis est. (4.) Justo tempore, h. e. non feriato. *l. 2. l. fin. C. de fer. quod tamen ex usu fori nostri non attenditur Gail. L. 1. obs. 53. n. 6. & seq.* (5.) Legitimè, hæc per Relationem nuncii ipsius, vel in scriptis, vel viva voce, verbis claris & expressis, antequam de Contumacia cognoscatur, ipsimet judicii Actuatio facta doceri debet. *vid. B. Carpzov. in Proc. d. l. n. 75. & seq.* Quod si privatus insinuarit, relationem jurejurando confirmare debet. *Hirtm. Pist. P. 4. q. 13. n. 10.* Hæc de citatione legitima.

§. II. Quoad secundum (iunge §. 7. huius cap.) requiri ad hoc, ut quis verè contumax intelligatur, dixi, ut dicto modo citatus per contemptum Judicis & non raro dolosè non compareat, aut obtemperet. Cum enim Contumacia puniatur ut delictum, imo delictum revera sit, & dicatur *l. 6. pr. ff. de re milit. B. Carpzov. in Proc. T. 24. A. 1. n. 9. & A. 2. n. 6. vid. C. J. A. T. 1. Tit. 51. quon. ius dic. Rubr. contumacia th. 19. dolus omninò requiritur l. 53. §. 2. ff. de re iud. c. 54. extr. de sentent. excommun. l. 53. ff. de furt. B. Carpzov. in*



*Proc T. 7. A. 2. n. 14* Et patet hinc verba ad contrahendam contumaciam non sufficere, adeoq; citatum, si dicat se non compariturum, & tamen postea comparet, aut de iusto docere potest impedimento, non fieri contumacem. *C. 7. A. T. 1. Tit. si quis ius dic. non. optemp. th. 29. Ungebauer ad d. rit. extr. de dol. & contum. n. 4.* sed de his infra c. ult. plenior dicendi dabitur occasio.

§. 12. Tandem & tertio ad veram contumaciam requiri dixi, ut de eadem legitimè accusetur, verum de hoc cap. seq. de Forma videbimus. Et haecenus quomodo in genere contumacia committatur vidimus, cui consequens, ut quomodo eadem in specie committatur videamus.

§. 13. Communiter hoc respectu Contumaciam committi volunt Non comparendo *l. 53. ff. de re jud. l. 68. ff. de judic. c. 43. causa 11. q. 3. c. 6. extr. de dol. & contum.* vel comparendo quidem, judici autem se non exhibendo, sed vel post columnas, ostiumve latitando, ne iudex eum cognoscat, *arg. l. 7. §. 13. ff. q. vib. ex caus. in poss. ear. l. 36. ff. de reb. aut. jud. pos. aut non legitimo modo exhibendo, sed vel stipatum satellitibus, ut judici sit formidabilis, vel non instructum. l. 13. §. 2. C. de judic. arg. c. 46. §. si autem. de Elect. in 6to. vel non, aut obscure respondendo, l. 11. §. 4. & 2. ff. de iur. in jur. fac. vel infecto negotio recedendo c. 43. causa 11. q. 3. c. 1. extr. de judic. c. 4. extr. de dol. & cont. non exhibendo, l. ult. §. 1. ff. de Appell. & Rel. non jurando. l. 38. ff. de iureiur. non restituendo l. 68. ff. de R. V. Non defendendo l. 37. ff. de Procur. vid. Ungebauer l. c. n. 6. ubi simul versus istos recenset, quos Glossa affert inc. 2. voce Contumaciter extr. de dol. & contum.*

Non veniens, non restituens, citiusq; recedens,

Nil dicens, pignusq; tenens, jurareq; nolens,

Obscureq; loquens, isti sunt jure rebelles.

§. 14. Nos in praesenti, missis aliis, quibus contumacia committi solet modis fere innumeris, quomodo in Processu Ordinario, tam in prima, quam secunda instantia, & tam ante quam post litem contestatam Contumacia committi possit, ordine sed paucis illustrabimus. Quo autem clarior res fiat, è re erit, huic, quam dixi, illustrationi, ipsum ordinarium procedendi modum, eumq; ex observantia fori potissimum Sax. ductum Pragmaticorum celeberrimorum setuti, hos εν τούτοις ob oculos ponere; qui circiter talis est.

§. 15.



§. 15. Si reus amicè interpellatus, solutionem vel restitutionem debitam detrahat, tunc actor libellum legitime confectum, unà cum copiis reliquorum documentorum, ex quibus actionem moturus est, iudici competenti offert, & hæc omnia reo communicari, terminumq; ad prosecutionem præfigi petit. Dehinc iudex copiam libelli reliquorumq; documentorum reo transmittit, emissaq; citatione, Terminum legalem ad Prosecutionem litigantibus indicit. Dies Termini ubi eluxit, & Reus & Actor comparere tenetur, & Actor, quidem, præstitis prius, ad instantiam rei legitimam, Curandæ, pro Reconventionem & expensis cautionibus, libellum oblatum coram viva voce repetit, vel (pro more cuiusq; iudicii) ad minimum se libellum oblatum verbotenus huc repetitum velle dicit. Reus hoc peracto, litem vel purè, idq; aut affirmando, aut negando in totum intentionem actoris, aut in tantum solum sive pro parte, & tunc oppositis Exceptionibus ad unum omnibus, eventualiter contestatur. Ubi pure affirmando litem est contestatus, illicò condemnatur. Ubi eventualiter, superq; oppositis exceptionibus, solitis positionibus hinc inde disputatum fuit, tunc super iisdem cognoscit iudex, ferturq; sententia, quâ vel oppositæ exceptiones confirmantur, reusq; ab instantia absolvitur; vel & si tantum non sunt, aut reus purè negando litem fuit contestatus, actori, latâ hanc in rem interlocutoriâ, onus probandi iniungitur. Post probaturus intentionem, ab adversa parte negatam, articulis includit, inclusam iudici intra terminum probatorium exhibet, eamq; vel per testes, vel per documenta probare conatur, ita autem circa passum probationis agit.

§. 16. Quamprimum, ut modo dictum, negatam ab adversa parte intentionem suam articulis inclusit actor, eosdem articulos probatoriales (siquidem per testes eam probare intendit,) unâ cum designatione testium, & annexo Directorio, iudici intra terminum probatorium offert, testesq; citari petit. Quò factò communicat articulos hos, ad faciendâ Interrogatoriâ, parti adversæ iudex. Mox idem iudex Terminum legalem productioni testium præfigit, præfixumq; & litigantibus & testibus, emissis citationibus, indicit, & his quidem, ut testimonium dicant; illis verò, ut producens testes producat, eosq; productus produci & jurare videat, suaq; si

qva



quæ fecit interrogatoria, simul exhibeat. Jam ubi litigantes cum testibus in termino præfixo compareant, producens more consveto suos producit testes, productos contra inhabilium inhabilitatem excipit, vel & ubi habiles producti, interrogatoria si quæ confecit, exhibet. Post Judex testes de officio testium, pœnaq; perjurii certiores primùm factos, juramentum præstare jubet, quod ipsum, etiam testes actu corporali præstare tenentur, Actuarius verò judicii, juramenti illius formulam, & quomodo præstitum fuerit, fideliter in actis consignat. Præstito juramento secedunt partes, testes vero singuli seorsim à judice vel Actuario judicii ad articulos æque producentis, atque ad interrogatoria producti examinantur, riteq; ad quæ sita respondere tenentur, ea verò quæ deposuerunt, fideliter itidem ab Actuario judicii annotantur, annotata testibus in continenti iterum præleguntur, hisq; expeditis, testes, imposito silentio, rursus dimittuntur. Quod si verò per documenta probationem expedire satagit probaturus, hoc casu paulo aliter proceditur. Scilicet probaturus intra terminum probatorium, articulos probatoriales judici unà cum documentis & Directorio exhibet, reumq; transmissis copiis oblatorum documentorum, ad certum terminum citari petit, ut scilicet & produci originalia videat, & producta recognoscat, aut iurato pro re nata diffiteatur. Imploratus hac ratione Judex, terminum legalem præfigit, eumq; citatione legaliter emissa, litigantibus indicit. Qui postquam eluxit, hiq; compareant, producens quidem documenta sua in Originali producit, eorundemq; aut recognitionem aut iuratum diffessionem urget; productus verò eadem aut recognoscit, aut iurato diffitetur.

§. 17. Probatione hac ratione à parte actoris legitimè peracta, integrum est reo, an Reprobationem more solito instituere, eaq; partis diversæ probationem elidere velit. Quod ipsum ubi arriserit, ita agit reus. Reprobaturus intra terminum reprobatatorium non tantum se ad reprobationem suscipiendam offert, sed & articulos reprobatoriales, cum nominibus testium & Directorio, Documentorumve copiis judici exhibet, & si per testes fundamentum intentionis adversæ partis elidere, suasve peremptorias exceptiones probare & deducere velit, testes unà cum litigantibus citari



tari, adversæ parti articulos ad conficienda interrogatoria communicari, terminumq; ad producendos testes præfigi petit, quò adveniente producit testes realiter, productiq; iurant & examinantur. Si vero per documenta Reprobatio expedienda est, tunc Reproductum, transmissis copiis documentorum, ad certum terminum citari facit, eoq; adveniente, documenta, quibus ad reprobationem usus est, producit, productorumq; aut recognitionem aut iuratum diffensionem ab adversa parte exigit. Post peractas probationes & reprobationes, attestata mutuum à iudice partibus publicantur, publicata intra terminum legitimum solitis positionibus disputantur, disputataq; cum tota causa ad definiendum submituntur.

§. 18. Ubi dicto modo conclusum est in causa, Acta intuluntur, inque Collegium Juridicum sententiæ desuper ferendæ ergò transmittuntur. Quò facto fertur sententia, partibusq; ad id citatis publicatur. Publicata ut plurimum impugnatur, id quod potissimum per viam Leutationis vel Appellationis contingit: ubi itidem modum in utraq; procedendi nota.

§. 19. Et quidem Leutationem quod attinet, ita agit Leuterans. Verè vel apparenter per sententiam gravatus, schedulam Leutationis (einen Leuterungs-Zettel) legitime conficit, hoc est præmissa occasione Leutationis, annexaq; causa proxima, gravamina potiora saltem enumerat, se per hanc Leutationem sententiam à viribus iudicati velle suspendere dicit, petendo insuper illam acceptari, & ad acta reponi, terminumq; ad Prosecutionem ejusdem citatis ad hunc ritè partibus, præfigi. Confectam Leutationem intra decennium, à die publicatæ sententiæ, penes iudicem interponit. Post intra terminum Saxonicum, à die interpositæ Leutationis, pro extrahenda citatione ad prosecutionem ejusdem apud eundem iudicem specialiter instat. Porro & quod si Leutationi delatum à iudice, præfigitur ab eodem terminus ad prosequendum. Quò adveniente & Leuterans & Leuteratus in iudicio comparent, & ille quidem Leutationem suam ore tenus repetit & persequitur; hic verò ad hanc Leuterantis positionem respondet, eaque responsione id agit, ut vel Formalia Leutationis impugnet, petatq; aut non admissibilem aut desertam pronunciari, aut ad minimum,

C

nimum,





nimum, si dubia quodammodo sunt, iudicis illa cognitioni committat, & ad materialia in eventum mediante protestatione progrediatur: vel gravamina & narrationes singulas ordine examinet & refutet, petatq; pronunciari, priorem sententiam, Leutatione non attentâ, subsistere, adversariumq; in expensas retardati processus condemnari. Post & ubi solitis positionibus conclusum utrinq; fertur sententia Leutationis; quâ si Leuterans denuo se se gravatum existimet, (fortè quod confirmatoria eadem sit prioris) ad Appellationem confugiat necesse est, ubi hac ratione procedit.

§. 20. Gravatus per dictam Leutationis sententiam, vel viva voce appellat, vel (quod & tutius est & receptius) schedulam Appellationis legitime conficit h. e. præmissâ (ut in Leutatione) occasione appellationis, annexâq; causâ proximâ enumerat gravamina potiora, dicitq; se propter hæc & alia gravamina hoc ipso provocare à sententia præsentis, & à iudice inferiore, eoq; qui sententiam tulit, ad superiorem, seq; una cum tota hac causa eiusdem superioris cognitioni & protectioni committere velle, petendo in super appellationem suam recipi, ad acta reponi, Apostolosque reverentiales hoc nomine exhiberi &c. Conceptam Appellationem itidem intra decendum, à die publicatæ sententiæ, legitime interponit, h. e. iudici (vel & quandoque Notario in præsentia duorum testium) quocunq; in loco & tempore offert (speciale est in Prætorio Lipsiensi, ubi Appellatio non in ipso Prætorio, sed domi iudicis interponitur, teste observantia) post intra XXX. dies, à die publicatæ sententiæ connumerandos, peculiari scripto instanter, instantius & instantissime Apostolorum reverentialium urget exhibitionem. Interpositam dicto modo Appellationem porrò legitime introducit, h. e. Apostolis impetratis, Appellans intra terminum, à iudice ad hoc sibi præfixum, appellationem unâ cum dictis Apostolis iudici ad quem sive superiori præsentat, ejusdem acceptationem urget, proq; impetranda inhibitione sollicitè instat. Quâ impetratâ eandem iudici à quo insinuat, eumq; hac ipsa in tantum adstringit, ut ne latam sententiam executioni mandet, aliudve quid pendente Appellatione moliat. Introductam demum appellationem appellans legitime justificat. Scilicet quamprimum appellationem acceptavit iudex superior seu ad quem, curet appellans.



lans, ut penes eundem pro extrahenda citatione ad justificandum intra tempus legitimum specialiter instet. Termino verò justificationis adveniente, appellans æque ac appellatus coram iudice superiore (vel & quandoq; Commissario) comparent, & ille quidē Appellationem suam productis insimul actis primæ instantiæ (mit Einlegung der Acten erster Instanz) viva voce repetit, docetque eandem ratione formalium quidem intra decendum fuisse interpositam, Apostolos justo tempore petitos, hosq; unà cum Appellatione intra terminum legitimum iudici ad quem s. superiori præsentatos, præsentemq; terminum ad justificandum eandem ad appellantis instantiam præfixum esse; ratione Materialium verò iura sua deducendo melius, demonstrandoq; male in prima instantia fuisse pronunciatum. Ad hanc positionem respondet appellatus deducendo contrarium, tandemq; & ubi solitis positionibus hic quoq; conclusum, fertur sententia Appellationis, quàm & ipsam non rarò alia Leuteratione, hujus sententiam Obliteratione quandoque impugnare contingit.

§. 21. His præmissis videndum jam, quomodo circa dictum Processum ejusq; fatalia contumacia committitur. Labet autem in præsentem modum tantum recensere potiores. Scilicet committitur Contumacia I. non comparendo personaliter in termino præfixo. Est siquidem comparitio hæc effectus citationis legitimæ; & hinc etiam illa ipsa, quàm dixi, comparitio (vulgo das Angeben vocant) diligenter & specialiter in actis ab Actuario iudicii consignanda venit. II. Comparendo quidem personaliter, sed non legitimo modo, puta, si vel actor vel reus, quæ suæ cujusq; partes sunt, non exequitur. Cum itaq; actori in primo termino, per supra §. 15. hujus cap. dicta, præter comparitionem personalem, ulterius incumbat, libellum, antea inscriptis oblatum, coram viva voce repetere, vel ad minimum, pro more cujusq; iudicii, libellum oblatum verbotenus huc repetitum velle, expressè dicere; itemque ad instantiam rei legitimam, cautiones Guarandæ, pro Reconventionem & expensis (nisi possessionatus sit) præstare; illa autem vel in totum, vel pro parte negligere, atque adeo ante rem confectam sine licentia iudicis recedere (vid. Berlich. P. 1. Concl. 17. n. 6. & seq.) actorem contingat, quin his casibus regulariter pro contumace ha-



bendus fit, ejusq; accusari rectè possit contumacia, dubium non est. Pariter & ubi reus in dicto termino ante rem confectam absq; judicis permisso recedat, vel permaneat quidem, litem verò, vel planè non, vel non legitimè contestatus, his casibus & ipsum contumacem existere palam fit. Scilicet necesse habet reus, hoc modo conventus, litem contestari, h. e. legitimè respondere ad intentionem actoris, vel affirmando eam (quam litis contestationem affirmativam male rejiciunt. *Bach. ad Tr. V. 1. D. 12. th. 2. lit. a. Strauch. diff. 25. aph. 1. & alii.* Rectius contra eandem defendente *Sichardo ad l. un. C. de lit. contest. n. 2.*) vel negando, & hoc aut in totum, aut in tantum, sive pro parte, quo casu posteriore insimul necesse habet, exceptiones suas ad unum omnes allegare. Et hæc litis contestatio adeo necessaria est, ut iudicium ab hac incipere dicatur. *l. un. C. de lit. cont. facit l. 31. pr. ff. de R. C. l. 38. ff. de judic.* reusq; ad eam competentibus remediis, (de quibus *Umm. Diss. 2. ad Proc. th. 2. n. 4.*) adigi possit. Et adeo licet reus exceptiones habeat plures quibus munitum se dicat, nihilominus tamen eventualiter (seu in eum eventum, si exceptiones oppositæ, vel non admittæ vel impletæ fuerint) litem contestari necesse habet. *vid. Moller. ad Const. El. Sax. 3. P. 1. n. 1. & ad Const. 10. P. 1. n. 6.* Cæterum cum Contumaciæ Accusationi hoc in termino toties locus sit, quoties per supra dicta reus litem vel planè non, vel non legitimè est contestatus; sciendum ad legitimam litis contestationem requiri, ut de jure civili quidem, mediante juramento dandorum (cujus formulam *vide apud Bocerum Cl. 5. D. 20. th. 9. lit. b.*) & respondendorum (cujus formulam itidem exhibet *Bocerus d. l. th. 24.*) eadem fiat. *Ord. Cam. P. 3. T. 13. §. und nach dem. Coler. P. 1. Dec. 118. n. 1.* adhibitis simul verbis: Credo aut non credo, glaube wahr oder nicht wahr sein, *d. Ord. Cam. P. 3. T. 15. §. zum andern. vid. sis. Struv. Ex. 9. th. 70. & Strauch. Diff. 25. §. 5. & sq.* Item quæ clara & apertè vid. *R. J. de anno 1654. §. es soll auch versch. in diesen Termin. De jure verò Sax. ut fit (1) specialis, quæ in specie ad singulas articulata libelli respondetur. Ord. Proc. El. Sax. T. 16. Const. El. Sax. 10. P. 1. & B. Carpz. in Definit. ibid. It. in Proc. T. 10. A. 3. n. 23. & sq. Berlich. P. 1. Concl. 26. n. 24.* Et (2) clara itidem & aperta, non obscura & dubia, *d. Const. El. Sax. 10. P. 1.* Unde non valet, quæ fit verbis: *Beiflagter stelle es dahin;* bene tamen, quæ fit per verbum **NESCIO.** *B. Carpz. in Proc. d. l. n. 41. & sq.*



§. 22. III. Et terminum quod attinet Probatorium, committitur contumacia ab auctore modis seq. Puta, quando dictum terminum probatorium absq; iusta causa præterlabi patitur, nec intra eundem Articulos probatoriales una cum designatione testium & Directorio, aut Documentorum copiis, iudici competenti offert, reumq; una cum testibus ad certum terminum citari petit; & illum quidem, ut vel testes produci & jurare videat, vel documenta recognoscat, aut jurato diffiteatur; hos verò ut testimonium dicant. Hæc enim omnia intra terminum quem dixi probatorium auctori regulariter incumbere expedienda, e sup. §. 16. hujus cap. dict. patet. Circa hunc itaq; terminum probatorium notandum, de jure communi & Canonico certum probationi terminum non esse destinatum, sed pro arbitrio iudicis, qualitateq; circumstantiarum concedi. l. 1. C. de dilat. 6. 4. causa 3. q. 3. Gail. L. 1. obs. 53. n. 20. Coler. de Proc. Ex. P. 1. c. 2. n. 33. & P. 1. Dec. 121. n. 2. Berlich. P. 1. Concl. 38. n. 1. In foro verò Saxonico in causis tam ordinariis quam summariis terminus probatorius regulariter est sex septimanarum & trium dierum (eine Sächsische Frist) Landr. L. 1. Art. 62. Const. El. Sax. 16. P. 1. Ord. Proc. El. Sax. T. 20. pr. Berlich. d. l. n. 2. continuarum, deq; momento, quo sententia supra probatione in rem iudicatam transit, in momentum currentium. B. Carpz. in Proc. T. 13. A. 1. n. 56. & 80. Fallunt tamen hætenus dicta (1) in Causis Executivis, ubi arbitrio iudicis relictum, quale quantumq; spatium huic termino præfigere velit. B. Carpz. d. l. n. 87. & sq. (2) in juris braxandi vendendiq; cerevisiam causa, ubi spatium probatorii termini ex speciali sanctione in Ord. Prov. Sax. de Anno 1555. est duorum mensium Finckelth. obs. 70. n. 4. (3) in puncto impedimentorum legalium, de quibus infra in c. ult. (4) in causis favorabilibus e. g. Minorum, Pauperum, Universitatum, Mercatorum, Mulierum dotem illatam repetentium (vid. de his Decis. El. Sax. novissimam 4.) & similibus, de quibus Doctores passim. (5) in nuda ostensione & demonstratione summaria (vulgò eine bloße Bescheinigung vocant) B. Carpz. d. l. n. 197. & sq. (6) In probatione spoliis, quæ de jure tam communi. l. 1. §. 23. ff. de vi & vi arm. quam Canonico c. 1. de restit. spol. in 6to. Et Saxonico Ord. Proc. El. Sax. T. 11. §. des gleichen Const. El. Sax. 6. P. 1. regulariter (vid. Zanger. de Except. P. 2. §. 18. n. 2.) intra quindecim dies exinde computandos, quo in rem iudica-



dicatam transit sententia, quâ probatio spoli inuncta fuit expedienda B. Carpz. P. 1. C. 6. D. 1. (7) si dilatio intra dictum terminum adhuc currentem vid. l. 5. ff. de precar. l. 21. §. 5. ff. de recept. arbit. Coler. de Proc. Ex. P. 1. c. 2. n. 34. (puta si favor vel causarum vel personarum singularis adsit. B. Carpz. in Proc. T. 13. A. 1. n. 172. & sq.) petita & concessa fuerit. Licet enim terminus probatorius peremptorius sit, non tamen ita est exclusivus, quin iusta de causa ad petitionem partium prorogari ac prolongari possit. arg. c. 12. de R. 7. in 6to. arg. l. 19. ff. de liber. & posthum. Ord. Proc. T. 20. §. wir lassen aber auch geschehen. idq; non solum prima & secunda, sed & pro ratione circumstantiarum tertia & quarta. vid. Coler. P. 1. Decis. 121. n. 5. & sq. Zobel. P. 1. de differ. jur. civ. & Sax. differen. 36. n. 6. & 9. B. Carpz. d. l. n. 141. 156. & sq.

§. 23. IV. Et in termino productionis testium vel Documentorum committitur Contumacia, partim ab actore, partim à reo, partim à testibus. Actor hoc in termino tum contumax existit, quando vel plane non comparet; vel comparet quidem, sed documenta in originali aut ad minimum in copia vidimata B. Carpz. in Proc. T. 14. A. 2. n. 47. vel testes ex negligentia (secus enim est si causa iusta subsit; e.g. si documenta penes alium extent, vel si citati legitime testes citra culpam producentis emanent, quo tamen casu absentes tanquam præsentes producendi) realiter vel verbaliter ad minimum h. e. testes absentes tanquam præsentes (de cujus verbalis productionis effectu vid. Heig. P. 2. q. 4. n. 20. Berlich. P. 1. concl. 38. n. 49. Myns. cent. 6. obs. 76. Dn. Born. disp. 1. ad univers. jus jud. th. 51. lit. h.) non producit, nec hos iurejurando adstringi & rite examinari; illa verò recognosci, aut juratò diffiteri non petit. Reus hoc interminum contumax existere dicitur, quando & ipse citra justam causam emanet, nec sui copiam iudici facit; vel comparet quidem, sed documenta aut plane non, aut non legitime recognoscit, legitime inquam. Neque enim omnis recognitio plenam statim tribuit fidem, sed iusta ac legitima sit necesse est. B. Carpz. in Proc. T. 14. A. 2. n. 61. Ut autem legitima sit, requiritur ad eandem, ut fiat (1) in iudicio, sive coram iudice competente. Dn. Born. d. disp. 1. th. 52. lit. h. junge Berlichium P. 1. Concl. 44. 51. & 46. n. 57. (2) ad præcedens decretum iudicis. Coler. de Proc. Ex. P. 3. c. 1. n. 104. & sqq. Berlich. d. concl. 44. n. 56 & sq. & (3) bona fide; non solum ratione subscriptionis & sigilli, sed



sed & ratione contentorum, ita scilicet, ut productus, postquam documenta legerit, dicat: se recognoscere talem scripturam & sigillum pro sua manu & sigillo proprio, & instrumentum istum productum pro sua obligatione, proq; tali tenore, quo à producente allegatur. *l. 39. ff. de pign. act. l. 15. C. de administ. tut. l. 6. C. de fidejuss. B. Carpzov. P. 1. C. 17. D. 16. & seqq. Jurispr. for. It. L. 3. Resp. 80. & P. 3. Decis. 235.* dummodo documentum prolatum sit recognoscibile, qualia non sunt, quæ contra recognoscentem nil probant. *B. Carpz. in Proc. T. 14. A. 3. n. 61.* item: lacerata, cancellata aut delata. *Berlich. P. 1. Conc. 44. n. 62.* Testes quoq; contumaciam hoc in termino committunt, quando scilicet & ipsi legitime citati absq; justa causa (qualis etiam est, quando producens, cujus sumptibus regulariter productio expediri solet. *l. 3. §. 4. ff. de testib. l. 11. C. eod. l. 6. §. 2. C. de Appell. testibus viaticum seu sumptus ad iter necessarios h. e. abitionis, moræ, stationis & reditus, dignitati & conditioni cujusq; testis convenientes arg. l. 69. §. 4. in fin. ff. de jur. dot. Gail. L. 1. obs. 99. Hillig. in Donell. enuc. L. 25. c. 16. lit. O. Umminius disp. ad Proc. 16. th. 8. n. 56. Berlich. P. 1. Concl. 41. n. 8. & seq. non suppeditat. dicti Dd. dd. ll.) emanent nec testimonium ritè dicunt.*

§. 24. V. Et circa terminum reprobatorium contumaciam incurrit reus sive reproducens, intra hunc ipsum sese ad reprobationem non offerendo, nec articulos reprobatoriales, unà cum designatione testium & Directorio, vel etiam Documentis judici competenti exhibendo, actoremq; seu reproductum unà cum testibus ad terminum legalem citari petendo. Hic autem ipse, quem dixi terminus reprobatorius idem est cum termino probatorio, de quo actum jamdum *supr. §. 22. hujus cap.* scilicet de jure communi arbitrarius, de Jure vero Saxon. sex septimanarum & trium dierum. *Berlich. P. 1. Concl. 39. n. 2.* Illud nota de jure communi Reproducentem quandoq; etiam post publicatas attestaciones ad reprobationem admitti. *Teuber. in Proc. c. 23. in fin. Gail. L. 1. obs. 91. n. 13.* De Jure vero Sax. non nisi ante publicationem attestatorum eidem locum esse, ita ut à die, quo parti citato ad publicandam probationem emissa insinuata est, currere incipiat *Ord. Proc. El. Saxon. T. 21. pr. vers. Jedoch. Rauchbart. P. 1. qv. 3. n. 16.* puta, quando per testes probationem expedivit adversarius. Quod si enim per documenta



menti probavit intentionem suam, tunc de Jure Electorali Saxon. currit terminus Reprobatorius à die insinuata citationis ad procedendum super probatione (über den Beweis zu verfahren) *Ord. Proc. d. t. §. wenn aber vers. sondern von Zeit B. Carp. in Proc. T. 13. A. 2. n. 27. & sq.* nisi sententiæ super recognitione lata ad petitionem partis addita fuerit clausula: daß nunmehr mit der gegen Beweisung billig verfahren werde. Dum enim terminus reprobatorius à momento, quo sententiæ illa transit in rem judicatam currere incipit. *Berlich. P. 1. Concl. 39. n. 6.* Quod si durante adhuc probationis processu reprobationem suscipere, & sic unà cum probatione reprobationem simul ac pari passu perficere, adeoq; terminum hunc reprobatorium anticipare velit (quod facere utique potest reproducens *Ord. Proc. d. t. §. jedoch wollen*) eo casu currere incipit terminus reprobatorius ab eo ipso tempore, quo ad reprobandum quis sese obtulit, etiam si citatio ad publicandum nondum sit emissa. *Berlich. P. 1. Concl. 39. n. 5. B. Carpz. P. 1. C. 16. D. 12. n. 4. & sq.*

§. 25. VI. Et in termino Reproductionis Reproducens & Reproductus & testes contumaces existere possunt, ut puta si vel absq; justa causa emanent, vel comparent quidem, sed injunctis (de quibus §. 23. c. *præs.* dictum; si quidem hoc in termino reproducenti, reproducto & testibus omnia illa expedienda veniunt, quæ expedienda in productionis termino & producenti & producto & testibus *ibid.* loc. dixi) satagere nolunt.

§. 26. VII. Et in termino publicationis attestatorum committunt contumaciam litigantes non comparendo, nec copias attestatorum intra terminum, à judice præfixum, redimendo. Scilicet judex vel statim post publicatas attestaciones, vel ad summum intra duos menses partibus copias attestatorum præstare solet, siq; partes copias has exigere negligant, judicis est certum terminum octo vel XIV. dierum, vel etiam integri mensis pro ratione circumstantiarum & distantia locorum ad redimendas eas præfigere. *B. Carpzov. P. 1. C. 18. D. 6. Jurispr. for.*

§. 27. IIX. Et in termino Disputationis attestatorum contumaciam incurrunt litigantes, disputationes suas intra tempus legitimum, justove modo non instituendo & perficiendo. Ubi pro meliore intellectu horum verborum sic habet: non omni tempore, nec  
quovis



quovis modo, hanc attestatorum disputationem institui posse, sed  
requiri ad eandem, ut & iusto tempore & iusto fiat modo. Prius  
quod attinet, disting. erit inter tempus à quo inchoandæ hæ sunt  
attestatorum disputationes, & inter tempus intra quod perficiendæ.  
Illud communi æque ac Sax. jure currit non nisi post publicatas at-  
testationes, cum hoc tamen discrimine, ut de jure Sax. ulterius di-  
stingatur, utrum probationes per testes, an verò per documenta  
fuerint factæ? ita scilicet, ut priore casu terminus disputationi at-  
testatorum præfixus currere incipiat à momento præstitarum à ju-  
dice attestatorum copiarum. *Const. El. Sax. 18. P. 1. Ord. Proc. T. 29. pr.*  
*Berlich. P. 1. Concl. 48. n. 16. & sq. vid. sub §. 26. dist.* (nisi terminum  
hunc petendarum & redimentarum copiarum anticipari contingat,  
ubi non à momento acceptarum copiarum, sed à die petitioni à ju-  
dice præfixo currere incipit, teste *B. Carpz. in Proc. T. 15. A. 2. n. 22.*  
*& sq.*) posteriore verò casu, & quando per documenta probatio fa-  
cta est, tempus inchoandarum disputationum de jure Sax. currit à  
momento, quo interlocutoria à iudice ad instantiam partium in  
posteriore positione, ubi de recognitione actû fuit, factam, de dispu-  
tationibus his (puta si sit causa magni præjudicii, aut multa admo-  
dum producta fuerint documenta, inq; scriptis desuper disputatur,  
wenn products Weise mit denen Disputation gesâhen verfahren wird/  
aliàs enim super disputationibus non solet interloqui iudex, sed pars  
contra quem probatio suscepta, saltem citationem impetrat, exci-  
piendoq; statim initium facit *B. Carpz. in Proc. d. l. A. 2. n. 23. & sq.*)  
lata transit in rem iudicatam. *Ord. Proc. El. Sax. T. 29.* Tempus, in-  
tra quod perficiendæ dictæ attestatorum disputationes sunt, quod  
spectat, sciendum illud ipsum in singulis positionibus esse sex septi-  
manarum. *Ord. Proc. d. t. 29. in pr. d. Const. El. 18. P. 1. verb. von 6. Wochen*  
*in 6. Wochen* & quoniam hæ sex septimanæ in secunda & sequenti-  
bus positionibus currere incipiunt, à tempore impetratæ copiarum po-  
sitionis ab adversario prolata; in iudicio autem sæpius variæ occu-  
pationes impedimêto sint, quominus hujusmodi copiarum debito tem-  
pore scribi queant, proinde in *d. Ord. Proc. d. t. 9. als ordnen.* æquis-  
simè cautum est, ut ipsarum positionum bina semper exemplaria in  
iudicio exhibeantur, quo alterum actis inseri, alterum adversario  
communicari possit, dimidiato semper salario pro cuiusq; copiarum  
D pagi-



pagina actuariis debito soluto. *Dn. Born. d. disp. 1. th. 55. lit. g.* Illud circa hunc terminum nota, ut ut peremptorius hic ipse sit, non tamen ita strictè & præcisè semper observandum eundem esse, ut qui non raro pro re nata vel coarctari, vel etiam prorogari potest, idq; vel ab ipsis litigantibus per Compromissum, vel ab ipso Judice, eoq; vel hoc nomine non implorato adeoq; ex officio; vel implorato, petita ab alterutro litigantium dilacione, dummodo non quartam indulgeat, per ea quæ habet *B. Carpz. L. 3. Resp. 71.* Posterius sive modum perficiendarum disputationum eiusm. quod spectat notandum, modum hunc de iure communi quidem vix ullibi teste *Dn. Bornio d. l. lit. G.* præscriptum occurrere; aptiorem tamen ne utiq; posse eo, qui in foro Electorali Sax. observare iustus est, & quo (1.) probata & reprobata simul in uno eodemq; scripto. (2.) succinctè dextrè & breviter (3.) inscriptis, (nisi causa sit modica, aut per pauca documenta facta sit probatio, quibus casibus ore tenus facta propositio sufficit. *B. Carpz. in Proc. d. l. A. 1. n. 27. & seq.*) (4.) nec nisi duabus alternis positionibus (secus atq; de iure civili veteris utpote in quo certus numerus Exceptionum, Replicationum, Duplicationum præfinitus non est, sed partes pro lubitu agunt. *S. 3. de Repl. l. 2. S. 4. ff. de Except. nisi iudex certum numerum præfinierit, secundum auth. jubemus C. de iudic. Nov. 115. c. 2.* Jus tamen Camerale hac in parte conforme hodie esse iuri Sax. docet *Dn. Born. d. l. lit. f.* ita scilicet ut reus seu is, contra quem probatio suscepta (de iure civili incipit actor *S. 1. & seq. ff. de Except. l. 2. S. 1. & seq. ff. eod.*) dicto tempore excipiat contra probationem & simul tueatur, salvamq; facere laboret suam reprobationem. Dehinc producens replicando contra exceptionem producti tueatur & salvat probationes suas, simulq; exceptiones ab eodem allatas evertere laborat. Mox reus duplicando pergit. Actor autem deniq; triplicando concludit. *Dn. Born. d. lit. f.* Jam quod si eorum de quibus hæctenus unicum alteruter litigantium negligat contumax existit, poenamq; contumaciæ de qua infra luit.

§. 28. IX. Et in conclusione causæ litigantes contumaciam incurrunt ubi in causa concludere nolunt. Scilicet necessaria est, quam dixi, causæ conclusio, sive quod idem est totius causæ ad definiendum submissio, in omnibus causis civilibus de quibus in iudicio

cio



cio controvertitur, & sive illæ ipsæ principales sint, sive emergentes.  
*el. sape in fin. de V. S.* In causis tamen summaris non opus esse hac  
conclusionem solenni, sed actum proximum vel vicinum pro conclu-  
sione haberi volunt *Ummius disp. 19. ad Proc. th. 3. lit. c. Rosbach. de*  
*Proc. civ. T. 70. n. 8. Ruland. de Commis. P. 4. L. 8. c. 11. n. 13.*

§. 29. X. Et in termino Inrotulationis contumaciam incur-  
runt litigantes, in eodem non comparendo. Scilicet citari specia-  
liter solent partes ad actum inrotulationis actorum, ut nimirum  
partim videre possint, num acta ad Collegium aliquod Actorum  
plena & perfecta transmittantur, partim ut mentem suam expri-  
mant, cujus nam Collegii Juridici responsum de super sit requiren-  
dum. Plura de hac actorum inrotulatione vid. apud *B. Carpz. in Proc.*  
*T. 16. A. 1. n. 35. & sq. Berlich. P. 1. Concl. 59. n. 17.*

§. 30. XI. Et in termino publicationis sententiæ commit-  
titur contumacia à litigantibus per non comparitionem in dicto  
termino. Scilicet Sententia effectus legitimos non producit, nisi le-  
gitimè (h. e. à iudice competente utriq; litigantium citato prius  
ad hoc) publicata fuerit. *B. Carpz. in Proc. T. 16. A. 3. n. 1. & sq.*

§. 31. XII. Et circa passum Leutationis committitur Con-  
tumacia, quando (1.) gravatus Leutationem suam intra decen-  
dium, à die publicatæ sententiæ, non interponit. *Moller. ad Const.*  
*El. 19. P. 1. n. 6. & sq. Modest. Pist. P. 4. q. 15. in pr. Berlich. P. 1. Concl. 49.*  
*n. 15. & sq.* (2.) quando pro extrahenda citatione ad prosecutionem  
interpositæ leutationis intra terminum Saxonicum specialiter  
non instat. Nec enim sufficit schedulæ Leutationis petitionem  
citationi statim fuisse annexam, sed requiritur ulterius, ut intra di-  
ctum terminum specialiter ea, quam dixi, citatio petatur. *Const. El.*  
*Sax. 19. P. 1. Ord. Proc. El. Sax. T. 35. §. nach dem auch* fallit tamen &  
hoc in casu, ubi vel iudex citationem de cernendo termino præfixo  
nondum elapso, Leuterantem prævenit, vel alia rationabili causa  
impeditus fuerit Leuterans, quominus debito tempore, pro  
extrahenda citatione ad prosequendum apud iudicem instare po-  
tuerit idq; impedimentum legitimè probaverit, vel etiam commis-  
sio ad Leutationis prosecutionem iudici inferiori fuerit deman-  
data vid. *Berlich. P. 1. Concl. 49. n. 26. & sq. Nicolai in Proc. P. 1. c. 68. n. 18.*

(3.) quando Leutationis in termino Prosecutionis, quæ suarum sunt  
partium, in iudicio ab iudice adus dicitur parti-

ois



partium non expedit, Leuteratus verò vel emanet, vel suas partes & ipse negligit e.g. non respondendo legitime ad Leutationis prosecutionem (wann er sich nicht will einlassen / und auff die Leuterungs Prosecution will antworten) vid. *supra* §. 19 hujus cap. dicta.

§. 32. XIII. Et in puncto Appellationis committitur contumacia, quando Appellatio vel non legitime interponitur, vel non legitime introducitur, vel non rite justificatur. Ut clarior res fiat dico contumaciam committi in Appellationis instantia. (1) quando appellatio intra decendum non interponitur. B. Carpz. in Proc. T. 18. A. 3. n. 30. & sq. (2) quando Apostoli specialiter & intra debitum fatale pluries, sive quod idem est, instanter, instantius & instantissime non petuntur. B. Carpz. d. l. n. 43. & sq. Strauch. diff. 27. aph. 10. (3) quando Appellans apostolos exhibitos intra debitum fatale, seu terminum consuetum (qui quidem de jure communi arbitratus est l. 5. C. de Appell. c. 57. extr. eod. De jure vero Camerali sex mensium regulariter Ord. Cam. P. 2. T. 30. §. 1. R. J. de anno. 1654. §. so dan soll & sq. & de jure Saxonico in aula Electorali aliisque Dicasteriis mensis unius. Ord. App. El. Sax. Tit. von Appellationen wie die angenommen in pr. judici ad quæ una cum appellatione non presentat, proque impetranda inhibitione sollicitè non instat. B. Carpz. d. l. T. 18. A. 4. n. 9. & sq. (4) quando idem Appellans inhibitionem intra terminum à judice inferiore præfixum, non insinuat; quod ipsum tamen non procedit in casu; ubi iudex superior in mora dandi est constitutus. vid. B. Carpz. d. l. A. 4. per tot. (5) quando Appellans apud judicem superiorem pro extrahenda citatione ad justificandum appellationem suam debito modo non instat, ubi nota fatale, intra quod justificatio ejusmodi expedienda. Scilicet de jure communi ut & Sax. fatale justificandæ appellationis annus est civilis, à tempore interpositæ appellationis computandus; vel si justis ex causis impediatur Appellans; biennium l. ult. §. 4. & auth. ei qui in pr. C. de temp. Appell. nisi iudex superior fatale illud coarctare maluerit, quod facere potest. c. 57. Extr. de Appell. quodque in Aula Electorali Dresdensi contingit. Quando enim ad supremum Appellationum iudicium, quod singulis semestribus Dresdæ haberi solet, provocatur; dum appellatio in proximo sequenti termino justificari debet. Ord. App. de rubr. wann nun vers. den ob wohl, Moller. L. 4. semest. c. 32. n. 2. & sq. modo



modo spatium legitimum unà cum additis peculiariter de jure hoc  
Electoralis Saxonici septimanis (de quibus B. Carpz. in Proc. T. 18. A. 5.  
n. 49. & seq.) ad emittendam citationem superfit. (6) quando in ter-  
mino justificationis Appellans & appellatus vel plane non vel non  
legitimè comparent; quod dum etiam usu venit, quando (7) ap-  
pellans in termino justificationis, vel ante eundem intra dictum fa-  
tale acta prioris instantiæ in originali non simul producat, idq; sua  
Appellantis culpa. Ord. App. d. l. s. nach dem sächs. aber ubi queritur quid  
juris, si acta quæ dixi prioris instantiæ, casu deperdita, non amplius  
extent? Et tunc noviter ac de integro causam illam coram superiore  
tractandam fore tradit Gail. L. 1. obs. 134. n. 21. nisi pars actorum so-  
lum casu fortuito perierint; tunc enim eorum defectus ex actis pri-  
vatis, manuscriptis, supplicationibus, citationibus, rescriptis, Inter-  
locutoriis &c. suppleri potest docente B. Carpz. d. A. 5. n. 96. & seq.

§. 33. Et hi quidem sunt modi potiores, quibus circa Pro-  
cessum & tam ante quam post litem contestatam, tam in prima  
quam secunda instantia contumacia committi solet. Potiores in-  
quam, Dari enim plures adhuc alios patet non solum è dictis supra  
§. 13. cap. præsentis, sed & usu venit in materia editionis documento-  
rum, actu executionis, querelâ nullitatis & aliis, quæ omnia, memor  
institui & juxta Horatianum illud

— — — brevis esse laborans.

hac vice sciens sicco succo prætereo. Et tantum etiam de Objecto  
Contumaciæ Accusationis.

## CAPUT V.

### De Forma.

#### §. I.

**F**orma Contumaciæ accusationis consistit in delatione contuma-  
ciæ penes judicem legitima l. 13. §. 2. C. de judic. ubi Jason n. 7.  
C. J. A. Tom. 1. Tit. si quis jus dic. non obtemper. rubr. de Contumacia. th. 16.  
Scilicet pars quæ (1.) comparuit, alteramq; (2.) per totam diem,  
quod hodie Pragmatici regulariter ad horam pomeridianã quartam  
vel quintam restringunt) Nicolai in Proc. P. 1. c. 34. n. 2. Volckmann. in  
art. Not. P. 2. T. 6. c. 36. n. 17. & seq. (nisi ubi statuto vel consuetudi-  
ne alia hora præfinita. Sic de Tribunali Academico Lipsiensis te-

D 3

status.





Statut Volckman. d. l. n. 18. Daß einer bey der Universität Leipzig/vermöge ihrer Gerichts-Ordnung/alsobald nach 10. Uhr Vormittage könne contumaciret werden. Et memini relatum mihi in causa quadam summaria, vel potius tumultuaria M. K. contra K. contumaciae accusationem post auditam undecimam antemeridianam in Prætorio quoq; Lipsiensi admissam. Plures exceptiones (vid. ap. Volckman. d. l. & Berlich. P. 1. Concl. 17. n. 20.) expectavit frustra. Berlich. d. l. n. 78. König in Pr. c. 35. n. 2. Ante omnia (3.) quæ suarum sunt partium ipse expedit, vel ad minimum (puta ubi reus est qui comparet) dicit, se accessisse paratum, ea, ad quæ citatus, effectui dare: post coram & viva voce dicit, sperasse se accessurum simul etiam alterum citatum, inunctisq; à parte sua satisfacturum fuisse, maximè cum de citatione legitimè eidem insinuata (quod (4.) docere in continenti necesse habet) constet; verùm cum spes hæc ipsum comparentem fefellerit, velle se (5.) ea propter emanentis dicto modo commissam contumaciam in optima forma accusatum his ipsis iri, petendo (6.) insuper pœnam decentem, pro qualitate admissi, desuper infligi.

§. 2. En formulas & Primam A. quidem, quæ reus actoris in primo termino contumaciter emanentis; alteram B. quæ actor rei in dicto termino emanentis; & tertiam C. denique, quæ producens testium in termino productionis emanentium contumaciam accusare possit & soleat.

A.

Ungehorsams Beschuldigung.

Caius Sempronius Unschuldiger Beklagter eines / contra Lucium Titium vermeinten Klägers anders Theils.

Erscheinet für den löbl. Gerichten dieses Orts seinen Großg. und Hochgeehrten Herren / ausgegangener Citation zu schuldiger Folge zwar in Person / allein anderer Gestalt nicht / als mit Bedingung aller und ieder ihme competirenden Jurium und beneficiorum Juris insonderheit / (de quo solenniter protestatur) daß er sich durch dieses sein Erscheinen ferner nicht verbunden haben wil / dann er zu thun schuldig / und hätte vermeynet / es würde zu Ungebühr angemaster Kläger in heut angesehen Termino wie recht / entweder per se, oder per alium erschienen seyn / seine in Schrifften übergebene vermeynte Klage gebührend repetiret



twet/und den an ihn disfalls ergangenen und testantibus actis fol. N.  
richtig insinuirten Tagezettel allenthalben schuldige Folge und Parition  
geleistet haben/massen dann auch Befl. allerdinges geschickt gewesen/  
vermöge der an ihm abgelassenen Citation auff sein angemasten Klä-  
gers vor und anbringen/rechtlichen zuverfahren/und mit seiner haben-  
den Gegen nochdurfft gehorsamst einzukommen/zu welchem Ende dann  
auch Beflagter bis hiehero den Rechten gemäß seines Theils erwartet.  
Wann aber Kläger vermuthlich aus bewußt seines Unfugs im heutigen  
Termino ganz ungehorsam außblieben / in dem er weder in Person  
noch durch einen hierzu guugsam Bevollmächtigten erschienen/weniger  
einige Entschuldigung in Schriften eingewand/Als wil Beflagter hier  
mit und Krafft dieses Klägers vorsetzlichen Ungehorsam in optima  
forma accusiret und beschuldiget/auch darneben in Rechten zuerkennen  
und auszusprechen dienstlich gebeten haben/das Beflagter von dieser  
Instanz billig entbunden werde/Kläger auch Beflagten alle verursachte  
Schaden und Unkosten Inhalts untengesetzter Liquidation und salva  
Judicis moderatione zu erstatten und abzutragen/auch auffn Fall er  
mit weitem Klagen zugelassen seyn wolte/cautionem de prosequenda  
lite würcklich zu bestellen schuldig/mit vorbehalt.

B.

#### Ungehorsams Beschuldigung.

Lutius Titius Kläger eines/ contra Caium Sempronium

Befl. anders Theils.

P.P. Erscheinet in heut angesetzten Termino ausgegangener Citation  
zu schuldiger Folge per Mandatarium L. Valerium, so seine Person  
durch beykommendes Mandat sub. signo Solis zur Gnüge legitimiret  
zu haben vermeinet / bedancket sich insoderst / das die löbl. Gerichte  
heutige Tagesfahrt zur prosecution seiner allbereit ad acta übergebenen  
Klage präfigiren und anberaumen wollen / bedinget hier nechst seinen  
Principaln alle disfalls competirende jura und beneficia juris, son-  
derlich aber mit überflüssigen Beweis unbeladen zu sein/ und hette ver-  
meinet / es würde Beflagter Inhalts abgelassener und testantibus actis  
fol. N. richtig insinuirter citation in heutigen termino gleichfalls ge-  
horsam erschienen und einkommen sein/und welcher Gestalt Kläger die  
wieder ihm rechtmäßig angestellte Klage dem Process gemäß wieder-  
holen und also gebührend prosequiren würde (inmassen denn Kläger  
sein



seines theils ein sohanes hiermit gethan/und die hiebevot wieder obbe-  
melden C. Semproniam eingegebene Klage anhero verbotenus, hie-  
rigen Gerichtsbrauche nach/wiederholet/und also seines Orts der ausge-  
gangenen Citation krafft dieses schuldige Folge geleistet haben wil/) ge-  
sehen und angehoret/auch seines Theils sich darauff gebührend einge-  
lassen/und den Krieg Rechtens/wie recht/befestiget haben. Weil aber  
Cläger sich disfalls in seiner gefassen Meinung betrogen findet/in dem  
Beflagter nachwilliger und vorseklicher Weis/auch zu nicht geringen  
Despect dieses löbl. Judicii ganz ungehorsam aussen blieben/und we-  
der in Person noch per mandatarium, wie zu Rechte bräuchlich/in Ter-  
mino praefixo erschienen/auch sonst kein legale impedimentum in  
Schriften eingeben/oder umb Prorogation des Termins zu rechter Zeit  
angehalten/und also die Einlassung und gefoderte litis contestation auf  
die wieder ihn angestellte Klage nicht geleistet/sondern vielmehr dadurch  
diese Sache ins weite Feld zu spielen suchet. Als wil Kläger diesen ist-  
ermeldten Beflagten vorseklichen Ungehorsam hiermit bester massen  
und quam solennissime accusiret haben/ Darnebenst unterdienstlich  
bittende/in Rechten zu erkennen und anzusprechen/das Kläger Beflag-  
ten bisz auff Eehafft und behelfliche Wiederrede billich erstanden/Bef-  
lagter auch Klägern alle disfalls verursachte Schäden und Unkosten/  
salva tamen moderatione iudicis zu erstatten schuldig. Mit vorbehalt.

C.

C. Lucius und Producent an einem/contra. Q. Curtium  
Beflagten und Producenten am andern Theil.

Erscheinet im hentig angefaßten Termino ausgegangener Cita-  
tion zu gehorsamer Folge/in selbst eigener Person/und erinnert in me-  
ritis causae fürklich / welcher gestalt ihm am 26. Augusti jüngsthin in  
dieser Sache der Beweis per sententiam zuerkennet worden/ er auch  
sich desselben gebührend unterfangen/zu dem Ende innerhalb gehörige  
Zeit testantibus actis fol. N. seine Beweis Artikel übergeben/darne-  
ben gewisse Zeugen benennet/und solche über gemeldte Beweis Artikel  
gebührend zu vernehmen/auch das hierzu eine gewisse Tagesfahrt be-  
stimmet/und die Partheyen benebenst den angegebenen Zeugen darauff  
legaliter citiret werden möchten/ganz dienstlich gebeten haben/ Wann  
dann diesen seinen rechtmässigen Suchen allenthalben statt gegeben/die  
Interessenten allenthalben citiret/und hentiger Tag zum Termino an-  
beran-



beraumet worden. Als bedancket sich Kläger und Producent zufo-  
derst für sothane Willfährung unterdienstlich/wil auch hiernächst zu fern-  
erer Forsekung seines einmahl angemasten Beweises die von ihm  
hiebevör angegebene Zeugen/nahmentlich Mutium Scævolum, Vale-  
rium Flaccum, P. Sporum und C. Martiam nochmahls hiermit ab-  
sentes tanquam præsentes produciret und fürgestellt haben. Nach-  
dem aber ichtgenandte Zeugen/der an sie testantibus actis fol. N. er-  
gangenen und richtig insinuirten Citationen ungeachtet auff heutige  
Zagefahre nicht erschienen/sondern ganz ungehorsam aussen blieben.  
Als wil Kläger und Producent derselben insgesamt disfalls begangenen  
höchststräfflichen Ungehorsam in optima juris forma und quam so-  
lennissimè krafft dieses accusiret und beschuldiget / sie obermeldte  
Zeugen in die gesetzte und nunmehr verwirkte Straffe ungesäumt zu  
vertheilen/auch nochmahls auff einen andern Termin zu citiren gebe-  
ten/unmittelst aber für sich und auff Seiten seiner de diligentia sua  
omni meliori modo, quò fieri solet & potest protestiret haben.

§. 3. Illud circa Formam adhuc nota: solennem quam dixi  
Contumaciæ Accusationem non semper, & adeo præcise in omni-  
bus terminis, quos vocant, requiri; sed omissâ eâdem pœnæ nihil-  
ominus fieri locum, pro varietate nempe negotiorum ac circum-  
stantiarum. Sic e. g. omitti potest Contumaciæ Accusatio ne-  
glecto ab altero litigantium termino publicationis attestatorum:  
neglectis item conclusione causæ, inrotulationis actorum, publica-  
tionis sententiæ &c. terminis, ut tamen negligentiam hanc pars ema-  
nens luat nihilominus. Quæ omnia usus fori modernus tota die  
loquitur.

## CAPUT VI. De Fine & Effectu.

### §. I.

**F**inis Contumaciæ accusationis cum effectu ejusdem coincidit,  
qui potissimum consistit in pœnis contumaci desuper infligendis.  
*vid. C. J. A. Tom. 1. Tit. si quis judic. non obtemp. rubr. de contumacia th. 22.*

§. 2. Pœna autem contumaciæ non semper eadem est, sed  
variat, & hoc vel personarum respectu, dum sc. aliter actor contu-  
max, aliter reus puniuntur: vel ratione causarum dum non eadem  
ubiq; pœna in Criminalibus locum habet, quæ in civilibus; vel

E

deniq;





deniq; ratione modi contumaciam committendi, quo respectu modo levior, modo gravior erit. *l. 4. l. 28. §. 3. ff. de pæn. Gail. de Arest. imp. c. 1. n. 17.* Nos in præsentì, missis aliis, illas tantum illustrabimus pœnas, quæ illos concernunt actus, in quibus contumaciam in Processu civili *c. 4. §. 21. & seq.* committi posse dictum.

§. 3. Quod itaq; Terminum primum (quem Prosecutionis actionis, den Termin zur Prosecution der Klage vocant) attinet, a-ctore contumaciter emanente, reus de Jure Civili non solum ab instantia (non & ab actione, utpote quam actor, refusis tamen reo prius litis expensis, præstitaq; insuper cautione de prosequenda lite ad alium terminum denuo contra reum movere potest) absolvitur *l. 73. §. 1. ff. de judic. B. Carpzov. in Proc. T. 8. A. 1. n. 2. & seq. Strauch. diss. 24. aph. 7.* sed & expensas termini vel instantiæ illius, prævia Rei liquidatione, judicisq; moderatione refundere reo tenetur actor. *Strauch. d. l. per c. 1. de dol. & cont. in 6to. l. 79. ff. de judic. Menoch. de arb. jud. quæst. L. 1. q. 36. n. 7. Ungebauer ad tit. extr. de dol. & Contum. n. 7. Zæf. ad d. tit. n. 5. Termineus in Proc. c. 16. n. 1. & seq. Ayer in Proc. Jur. hist. P. 1. c. 4. obs. 3. n. 21.* Idem procedit de Jure Saxonico. *Ord. Proc. El. Sax. T. 10. pr. Hartm. Pist. obs. 140. n. 1. B. Carpzov. d. l. & P. 1. C. 9. D. 22. jurispr. for. König in Proc. c. 36. n. 1.* Non obstante textu expresso in Landr. *L. 2. A. 8.* qui insuper actorem ad multam judici exsolvendam adstringit. *B. Carpzov. in Proc. d. l. n. 13. seq.* De Jure Camerali contra actorem in comparendo in primo termino contumacem proceditur hoc modo: Si in termino emissæ primæ citationis non comparet actor, reus petit ut proclamate facto, auff beschehenes ausruffen/tribus Juridicis elapsis, ipse à citatione absolvatur. *Ord. Cam. P. 3. T. 42. §. erslich so der Kläger. cui petito si deferat Judex, terminus citationis pro circumducto habetur. Gilhaus. in arb. judic. civ. c. 5. ram. 3. n. 5.* Et si actor post hanc absolutionem veniat, justasq; absentia causas alleget, excusatur quidem à contumacia, à circumductione autem termini non excusatur sed nova opus est citatione. *Ord. Cam. P. 3. T. 42. §. f. Gail. L. 1. obs. 59. n. 2.*

§. 4. Reus in dicto termino contumax existens de jure civili Romano coercetur vel pignorum ablatione §. 3. *J. de satidat. int.* vel expensarum restitutione multaq; arbitraria *l. 2. §. 1. ff. si quis iudic. non obtemper.* vel etiam (quæ pœna palmaria est) missione in bona debito.



debitoris pro modo debito tam ex primo quam ex secundo decreto, l. 3. C. *quomodo & quando iudex* ita autem in dicta missione procedit Iudex: Reo trina vice vel una peremptoria citato, adque partis instantiam contumaciæ damnato, actor mittitur in bonorum possessionem ex primo decreto (& siquidem actio sit realis, in rem ipsam petitam, l. 7. §. *Celsus 17. & seq. ff. ex quib. caus. in poss. eat. Coler. Decis. 104. n. 5.* Idem obtinet in actione personali, quæ res certa petitur, d. l. 7. ff. d. t. Si verò incerta vel quantitas vel genus eadem petatur, olim fiebat missio in omnia bona; hodie verò pro mensura solius debiti declarati, c. 5. §. *ult. ut lit. non contest. auth. & qui jurat. C. de bon. aut jud. poss. Coler. d. l. adde Ungebauer ad tit. extr. de eo qui mitt. in poss.*) rei solum servandæ aut custodiendæ, & pignoris in bonis occupatis constituendi causa d. l. 7. ff. *ex quib. caus. in poss.* ut scilicet reus tædio perpetuæ custodiæ affectus compareat responsurus, l. 5. pr. ff. *ut in poss. legat. d. auth. & qui jurat. C. d. t.* quod si fecerit intra statutū tempus reus, missio hæc aboletur, Nov. 53. n. 4. in fin. c. 1. & 2. extr. *de eo qui mitt. ibiq. Ungebauer n. 3. & 9.* Sin verò reus in contumacia persistat, tunc missus ex primo decreto actor, post anni lapsum verus efficitur possessor, c. 1. extr. *de eo qui mitt. Bartolus in l. 3. §. fin. ff. de acquir. poss. Struv. Ex. 44. th. 38. vid. Strauch. diff. 24. aph. 9.* Interdum tamen loco missionis, quam dixi, decernitur sequestratio bonorum & fructuum c. 2. extr. *de dol. & contum. c. 1. & c. f. extr. de sequest. bon. & fruct.* quod potissimum fieri solet iis casibus, ubi vel ob circumstantias durior quodammodo videtur esse missio illa, vel quando causa per se non admittit immisionem, veluti in beneficialibus, c. 1. extr. *de eo qui in poss. mitt. ibiq. Zæf. n. 4.* vel etiam quando ex missione periculum metuitur, ne Dominus & missus in communiōne bonorum quam ita habent, ad arma perveniant, C. 7. A. Tom. 1. tit. *si quis jus dic. & c. rubr. de contumacia th. 23.*

§. 5. De Jure Camerali contra reum contumacem tribus modis procedi solet: vel (1.) ad dictam missionem in bona, vel (2.) ad pœnam banni, vel (3.) ad prosequendam causam ejusque decisionem, quo casu lis pro contestata habetur, & probatio in causa principali cum ulteriore ad sententiam usq; definitivam ejusque executionem processu admittatur Ord. Cam. d. t. 43. §. 1. Struv. d. l. th. 39. & electio est penes actorem, quam viam ingredi & in-



mittere velit. *Ord. Cam. d. l. Ayter in Proc. Jur. hist. P. i. c. 4. obs. 3. n. 63.*  
*Gail. L. 1. obs. 60. n. 2. & seq.* Verum duos modi priores, nimirum,  
petendi bonorum missionem & procedendi ad poenam banni per  
*R. I. de Anno 1654. §. Bürde hierauff, relicto duntaxat tertio, sublato*  
*sunt. vid. Brunnem, ad l. 13. §. 4. in fin. C. de judic.*

§. 6. De Jure Saxonico reus contumaciter emanens causæ  
coercetur amissione. *B. Carpzov. in Proc. T. 8. Art. 2. n. 4. & seq.* ob-  
servato tamen prius processu hoc in passu observari solito, qui talis  
ferè est: Contumaciter emanente reo, non statim ad ipsam deve-  
nitur executionem, sed prævia actoris accusatione, condemnatur  
prius ad legitima impedimenta, bis auff Ehehafte und behelfliche  
Wiederrede. *Ord. Proc. Elect. Sax. T. 10. §. Im Fall aber ic. quæ si ter-  
mino proximo sequente & ad hoc præfixo, non legitime deduxerit,*  
*vel iterum plane emanerit, tunc ad executionem usq; bis auff die*  
*Hülffe/ h. e. secundum contenta libelli & principalem actoris in-  
tentionem, perinde ac si legitimis probationibus esset convictus.*  
*Ord. Proc. d. l. Philippi L. 3. Us. Pr. Inst. Eccl. 37. n. 3. seq.* quod si jam  
debitor ejusmodi nil habeat in bonis, tunc in Electoratu Sax. Gal-  
lia, Italia, Hispania, Anglia, Belgio & in Germania, passim carceri  
publico (den Schuldhurm vocant) mancipatur *Const. 22. P. 2. Const.*  
*Elect. Saxon. & B. Carpzov. ibid. D. 2. & 3. Resol. grav. prov. noviss. de*  
*anno 1661. Tit. von Justitien-Sachen. §. Damit auch zum siebenden.*  
apud reliquos verò Saxones non rarò ejusmodi debitor obæratu,  
per judicem creditori ad manum (an die Hand und Hülffier) pigno-  
ris loco addicitur. *A. 39. L. 3. Landr.* qui ipsam si de fuga suspectus  
fieri incipiat, etiam compedibus & tantisper detinere potest, do-  
nec operis & servitiis suis, vel alia ratione debitum dissolverit. *He-  
ring. de fidejuss. c. 6. n. 257. Philippi L. 1. Eccl. 35. n. 4.* Illud adhuc no-  
ta, non præcisè adstrictum de hoc eodem Jure Saxon. esse judicem  
ad dictandam nec eam, de qua hæctenus, poenam; sed posse etiam  
pro ratione circumstantiarum, mitius quandoq; cum eodem agere,  
(maxime in processibus summaris ac tumultuariis) idq; vel multæ  
pecuniariæ indictione, vel rei per lictores in judicium deductione  
& incarcerationatione. *vid. B. Carpzov. in Proc. T. 8. A. 4. & 5. per tot.* Por-  
rò & quod si in dicto termino comparuit quidem, sed litem vel  
plane non, vel non legitime contestatus est, tunc accusata utroq;  
eiusdem



eiusdem contumacia, hoc casu ut plurimum condemnatur in expensis, injuncta insuper responsione seu litis contestatione in proximo termino, aliter & melius quam factum, facienda. *B. Carpzov. in Proc. T. 10. A. 4. n. 15. seq.* ubi si iterum contumax existit, tunc rursus cum refusione expensarum, eoq; amplius sub poena confessi litisq; pro contestata habenda, si eandem in tertio & sequente termino non legitime peregerit, condemnari solet: quæ poena etiam tum quoque in contumacia perseverante reo omnino obtinet. *B. Carpzov. d. l. A. 2. n. 7. seq.* priore verò casu condemnatur uti dictum ad impedimenta legitima, quibus non probatis, causa demum cadit. *Idem ibid. n. 2. & seq.* Hæc de poena in termino, quem vocant, Prosecutionis contumacium.

§. 7. Contumaciæ circa terminum Probatorium (*vid. supr. §. 22. c. 4.*) ab actore seu producente, commissæ poena est amissio probationis, rei q; ab actione absolutio. Quod si enim producens spatium illud contumaciter præterlabi passus sit, accusare in scriptis debet productus contumaciam ejusdem, petereq; ut propediè terminus præfigatur, quo desertio probationis deduci, eademque postmodum pro deserta declarari possit. Quo adveniente productus inscriptis oblatam ante contumaciæ accusationem viva voce repetit, probationem desertam declarari, seqve ab actione instituta cum refusione expensarum absolvi petit.

§. 8. Contumaciæ in termino productionis (*vid. supr. §. 23. c. 4.*) documentorum & testium, alia est à parte producentis alia à parte producti alia à parte testium. Producentis contumacis poena itidem est amissio probationis, & per consequens, rei ab actione instituta cum refusione expensarum absolutio. *Berlich. P. 1. Concl. 38. n. 54. & seq.* Producti contumacia punitur, dum documenta quidem pro recognitis habentur (prævia tamen adhuc cum comminatoria consveta, & annexam in expensas condemnationem habente. *B. Carpz. in Proc. T. 14. A. 3. n. 13. & seq.*) Testes verò absente eo recipiuntur, juramento obstringuntur & examinantur. *Ord. Proc. El. Sax T. 20. §. Wenn es nun. vers. Ob aber die jenigen. perditq; insimul productus beneficium exhibendorum Interrogatoriorum, & imò omnibus beneficiis se indignum reddit, quæ & ante & in ipso examine ipsi sunt concessa. vid. Nicol. in Proc. P. 1. c. 60. n. 7.* inter quæ principem fere



locum vindicat, quod postea contra personas testium nil possit excipere. *B. Carpzov. in Proc. T. 13. A. 5. n. 11. seq.* Testium contumacium poenas supra jamdum *c. 3. §. 6.* recensui; adde *c. V. §. 2. formulam C. in fin.*

§. 9. Contumacia à Reproducte (*vid. supr. §. 24. c. 4.*) circa terminum reprobatorium commissa, luitur reprobationis amissione. *Ord. Proc. El. Sax. T. 21. pr. verb. Sich nicht allein. Const. 16. P. 1. Const. El. Sax. adde B. Carpzov. in Proc. T. 13. A. 2. n. 17. & seq.*

§. 10. Contumaciæ in termino reproductionis commissæ poena est à parte reproductis amissio reprobationis: à parte reproducti & testium eadem, quæ producti & testium in termino productionis contumacium de qua *th. preced. §. adde supra c. 4. §. 25.* hanc in rem dicta.

§. 11. Contumax in termino publicationis attestatorum (*vid. supr. §. 26. c. 4.*) eo ipso punitur, quod attestata pro publicatis, copiaq; pro præstitis habeantur; ita ut terminus à quo, exceptioni exhibendæ præfinitus, ex eo ipso tempore currere incipiat. *B. Carpzov. P. 1. C. 18. D. 6. Jurispr. for.*

§. 12. Contumacia in termino disputationis attestatorum *vid. supr. c. 4. §. 27.* commissa punitur amissione positionum; ita tamen, ut neglecto primarum sex septimanarum termino negligentia hæc soli exceptioni, non item duplicæ noceat; sic neglecta replica locus nihilominus adhuc & Triplicæ. *Ord. Proc. T. 29. §. würde aber vers. würde das Theil. adde B. Carpz. in Proc. T. 51. A. 3. per tot*

§. 13. Contumacia in Conclusionem (*vid. supr. §. 28. c. 4.*) causæ commissa punitur per hoc, quod causa in contumaciam concludentis habeatur pro conclusa, adq; sententiam progredi possit. *Nicol. in P. 1. c. 66. n. 7.*

§. 14. Circa terminum Inrotulationis actorum (*vid. supr. §. 29. c. 4.*) commissæ contumaciæ poena est, quod absente etiam contumace inrotulentur acta, nec integrum amplius sit eidem protestari, uti loquuntur, contra collegium id, ad quod transmittere iudex eadem destinavit. *vid. sis Berlich. P. 1. concl. 59.*

§. 15. Contumacia in termino publicationis sententiæ (*vid. supr. §. 30. c. 4.*) coercetur eo ipso, quod sententia nihilominus publicetur & perinde sit, ac si præsens fuisset contumax, ita ut contra ipsum



plum etiam sententia publicata in rem iudicatam transeat. B. Carpz.  
in Proc. T. 16. A. 3. per tot.

§. 16. Contumacia in passu Leuterationis (vid. supr. §. 31. c. 4.)  
commissa punitur, dum interposita Leuteratio hoc casu fit deserta,  
viresq; sententia iudicati nanciscitur, condemnato simul Leuterante  
in expensas retardati processus. Ord. Proc. El. Sax. T. 35. §. nach dem  
auch vers. ob er schon auch citation Hart. Pistor. Obs. 176. n. 2. Col. P. 1.  
Dec. 104. Berlich. P. 1. concl. 49. n. 51. Quod si Leuteratum contuma-  
cem in termino prosecutionis Leuterationis fieri contingat, ejus  
pœna est, ut ei prima quidem vice responsio ad prosecutionem leu-  
terationis, absq; tamen refusione expensarum injungatur, si adhuc  
dum in contumacia perseveret, tunc vel ulterius ad respondendum  
eundem, injuncta simul expensarum refusione, additaq; quandoq;  
comminatoria: Mit der ausdrücklichen Verwarnung/ daß in wie-  
drigen Fall auff die prosequirte Leuterung erkant werden soll was recht  
ist/te. adigat Judex vel super gravaminibus per Leuterantem de-  
ductis ex actis prioribus informatus cognoscat. Ord. Proc. El. Sax.  
T. 10. §. Wann aber te. Hartm. Pistor. P. 1. P. 3. n. 18. B. Carpzov. Const.  
19. P. 1. D. 31. & seq.

§. 17. Tandem & commissa in Appellationis instantia (vid.  
supr. §. 32. c. 4.) contumacia punitur à parte Appellantis quidem,  
quod appellatio habeatur pro deserta, insuperq; in expensas retar-  
dati processus condemnatur appellans, c. 6. de appell. in 6to. jung. B.  
Carpz. in Proc. T. 18. A. 4. & 5. Appellatus verò in termino justifi-  
cationis contumax existens, easdem fere pœnas luit, quibus Leute-  
ratum in termino prosecutionis contumacem obnoxium §. preced.  
dixi: Plures contumaciæ pœnas recenset C. J. A. Tom. 1. Tit. si quis  
jus qu. rubr. de Contumacia th. 22. & seq. Tantum etiam pro instituti  
ratione de Effectu Accusationis Contumaciæ. Succedit tandem

## CAPUT VII. De Contrariis.

§. 1. Procedunt hæcenus dicta regulariter; non verò in ca-  
sibus exceptis l. 53. §. 2. ff. de re jud. quos omnes h. l. recensere nec  
animus est, nec chartæ præsentis fert angustia. Labet itaq; in præsentibus  
vel tribus, quod ajunt, ostendere, cessare prædictas contumaciæ  
pœnas, contumaciâ vel Purgatâ vel Sublatâ.

§. 2. Purgatur autem potissimum (1.) dilatione ad hoc vel



illud peragendum legitime petita & impetrata (*vid. supr. c. 4. §. 22.* hanc in rem dicta) (2.) Per incompetentiam judicis *l. ult. ff. de jurisd. d. l. 53. §. 3. ff. de re jud.* (3.) per citationem nulliter emissam *l. 68. ff. de judic. l. 72. eod. l. 8. & auth. seq. C. quomodo & quando jud. Trent. V. 1. D. 4. th. 3. Felin. in c. 11. de probat. B. Carpz. P. 1. C. 2. D. 24. Jurispr. for.* (4.) per neglectam contumaciae accusationem regulariter per *supr. §. 12. c. 4. dicta* (5) per rusticitatem & imperitiam *l. 2. ff. si quis in jus voc. C. 7. A. d. l. th. 27.* (6.) per legitima impedimenta, ob quae comparere non potuit citatus, quae sunt: Captivitas, adversa valetudo, peregrinatio longinqua, expeditio publica, *arg. l. 3. ex quib. caus. major. l. 140. ff. de R. 7.* tumultus bellici, puerperium, tempestas ventorum, pluviarum, fluminis, locus non tutus pestis, morbus fonticus, mors conjugis liberorumve, morbus itera vel carentia Advocati & Procuratoris & alia, quae pro ratione circumstantiarum judicis arbitrio sint relicta. Late de his *B. Carpz. in Proc. T. 8. A. 1. per tot.* modo haec talia legitime (licet summarie saltem *vid. B. Carpzov. d. l. n. 55.*) probentur. *Coler. de Proc. Exec. P. 1. c. 2. n. 38.*

§. 3. Tollitur Contumacia ejusque effectus remedio vel ordinario, ut per sententiam judicis interlocutoriam *arg. l. 14. ff. de re jud. jung. B. Carpz. P. 1. C. 9. D. 20. jurispr. for.* vel extraordinario, ut per restitutionem in integrum. Atque ita purgata & sublata contumacia, omnia in pristinum statum redeunt, ut secundum juris ordinem denuo procedi queat *l. 7. ff. de restit. in intcg.* Tantum.

#### COROLLARIA.

1. Jus nostrum solida ratione constat. 2. Lege Regia tempore Augusti latae populus imperium suum abdicative in Imperatorem contulit. 3. Consuetudinis eadem vis est ac legis sive juris scripti. 4. Non datur aequitas scripta. 5. Licet servitus poenae per *Nov. 22. c. 8.* in totum sit sublata, Jure tamen Civili capitis damnatus nihilominus testamenti factione caret. 6. Patris consensus ad nuptias liberorum requiritur Jure & Civili & Canonico. 7. Vitiata pro virgine ducta recte repudiatur. 7. Pater filiam locupletem dotare non est cogendus. 9. Mortua uxore dos profectitia ad patrem redit, etiam relictis liberis de J. Civili. 10. Matrimonium intermedium liberis in concubinato susceptis non officit, quo minus postea legitimentur. 11. Quarta D. Pii est quarta omnium bonorum. 12. Aliud pro alio invito creditore solvi nequit, S. D. G.



99 A 6952

ULB Halle 3  
002 826 623



V3 17


Rehno ✓











35

XXXV.

Q. D. B. V.

PERICULUM LEGALE

De

# ACCUSATIONE CONTUMACIÆ,

Vulgò

Ungehorsams = Beschuldigung/

Permissu

Ampliss. Facultat. Juridicæ Lipsiensis

SUB PRAESIDIO

Viri Admodum Reverendi, Prænobilissimi, Amplissimi,  
Consultissimi atq; Excellentissimi

DN. BARTHOLOMÆI LEON-

HARDI SCHWENDENDÖRFERI, J. U. Doctoris

atq; Professoris celebratissimi, Canonici Martisburgensis gravif-  
simi, Curiaæ Supremæ & Facultat. Juridicæ Af-  
fessoris spectatissimi &c.

Domini Patroni, Promotoris simul ac Præceptoris

sui omni observantiæ cultu colendi

placidæ eruditorum ventilationi

ad diem XI. Novembr. Anno M DC LXIX.

In Academia Patria

P. P.

CHRISTIANUS Seyffert / Lipsiens.

Typis JOHANNIS GEORGI.

